

JOHN WYCLIF'S
DE VERITATE SACRAE
SCRIPTURAE

NOW FIRST EDITED FROM THE MANUSCRIPTS
WITH
CRITICAL AND HISTORICAL NOTES

BY

RUDOLF BUDDENSIEG
D.D. DR. PHIL.

SECOND VOLUME



LONDON
PUBLISHED FOR THE WYCLIF SOCIETY BY TRÜBNER & CO.
PATER NOSTER HOUSE, CHARING CROSS ROAD
1906.

JOHANNIS WICLIF

TRACTATUS DE VERITATE SACRAE SCRIPTURÆ.

CAPITULUM SEXTUM DECIMUM.

fol. 48^b 5 Tercio principaliter arguitur contra adversarios scripture per deducens ad maius inconveniens, scilicet quod Cristus, deus noster, autor scripture, fuit homo falsissimus, mendacissimus et maxime deceptivus. nam si homo a proposito dicit et asserit falsum, tunc ipse est falsus, sed Cristus a proposito dixit et asseruit falsissima, 10 igitur fuit falsissimus. assumptum patet eo, quod ad illum sensum dicitur homo falsiloquus vel falsus in verbis,

*Thesis of the
adversaries of
Holy Scripture:
Christ is the
worst falsifier,
liar and
deceiver*

5 Tercio: singulorum librorum proprietates cum ex varia lectione ad superiora capita sollerter et accurate adiecta satis perspici existimem, ab hoc capite XVI non iam operae pretium erit eadem qua antea diligentia rei criticæ studere. itaque in iis, quae sequuntur, omittentur omnes eae lectiones, quae nihil valent ad veram JWt sententiam explicandam, veluti vocabula perperam exarata, litterae vel voces deletae, expunctiones, notae marginales futilis, verba in textu omissa, sed in margine suppleta, ordo verborum a recto ordine discrepans, numeri vitiouse exarati librorum vel capitum, in quibus JW veteres scriptores (Augustinum, Gregorium, Aristotelem, alios) ad comprobandum sententiam profert testes 6 scilicet ACD sed B^a

7 cf. similem disputationem de falsitate Christi in St. Thomas Summa II cx 3: videtur, quod non omne mendacium sqq.

quia aliter posset dici, quod nemo est falsus, licet dicta sua sint falsissima. minor argumenti patet per illud Joh. decimo: ego sum pastor bonus et ostium, et per illud Apocal. primo: ego sum alpha et omega, principium et finis, et per illud Joh. quindecimo: ⁵ ego sum vitis vera, et pater meus agricola est, cum quotlibet eis similibus, || que scriptura testatur ^{fol. 48c} Cristum dixisse et asseruisse. et omnia illa dicit adversarius esse falsissima. asseruit enim istas propositiones, que fuerunt falsissime, quia male intelligentibus ¹⁰ assertive et a proposito dixit falsa et per idem mendacia, quia in aliis, ymmo dixit falsa ad mentem suam, eo quod intellexit per dicta sua omne, quod alias intellexit. et ista deduccio videtur esse coloracione contra Doctorem Profundum concedentem, quod deus wlt approbative et ¹⁵ causative peccata. nam per idem approbaret, quod dicta sua sunt mendacia et quod fallat peccatores. et ita videatur sequi, quod Cristus fuit mendacissimus, quia dixit falsissima contra mentem, cum scivit, illa esse impossibilia, et voluit per ipsa decipere. nam secundum ²⁰ Augustinum in libro suo Contra Mendacium mendacium ipsum 'est falsa assercio cum intencione fallendi'. quando-cunque autem quis asserit falsum ad sensum, quem ordinat, est falsa assercio, Cristus autem asseruit dicta illa falsa, et cum ordinat omnem creaturam et sensus elicitus sit ²⁵ aliqua creatura, videtur, quod ordinat illum sensum. item homo est negandus propter doctrinam vel assercionem suam

³ ego sum pastor bonus et ostium et per illud Apocal. I^o
^{om.} A, addidit in marg. A² ⁹ asseruit enim istas pro-
 positiones, que fuerunt falsissime *in loco raso postmodum*
supplevit A vel A¹ ¹⁰ falsissima B^aD ¹¹ asser-
 tive AD; C, sed inter rigas C² ideo addidit ideo
 assertive B^a ¹² eo AB^aC ideo D ¹⁷ sint B^a
²¹ Mendacium ipsum B^aD; addiderunt in marg. *cum signo*
marg. mendacium C (*prima manus*) et A³, ut eos mendacium
bis legi voluisse arbitrer ²² quantumcumque D ²³ autem
correxit A ²⁶ aliqua CDA alia B^a.

³ v. 12; v. 7 ⁴ v. 8 ⁵ v. 1 ¹⁴ cf. Brad-
 wardinae *De Causa Dei* (ed. Savile 1618) I 34 pag. 294
²¹ cf. Opp. tom. VIII 1808; cf. etiam ibid. 1771; XI 578

falsam, sed nullius hominis doctrina potuit fuisse falsior, quam fuit doctrina Cristi, quia sibi ipsi contradictoria, ut patet de istis: doctrina mea non est mea, Joh. septimo; qui credit in me, non credit in me, Joh. 5 duodecimo, et pater maior me est, Joh. quarto decimo cum eis similibus.

ex quibus sequitur, quod Cristus propter causam multiplicem sit negandus. sic enim negamus Aristotelem et alios infideles philosophos vel poëtas in hiis, quibus contrariantur fidei christiane, non negando eos esse, nec negando, quin dixerunt plurimas veritates catholicas, sed de quanto in aliquo falsum dixerint, negando eos in hoc. et sic concedimus simpliciter, eos esse negandos; aliter enim non negaret Petrus Cristum pontificibus, quod 15 tamen dicunt doctores ex testimonio scripture Iuc. vice-simo secundo. nec oportet ad negacionem hominum, vel quod negati afferant falsitatem, que per se negatur, vel quod negans credat, eos fuisse falsos.

item proporcionaliter, ut lex alicuius legiferi est 20 diligenda, odienda vel contempnenda, afficiendum est illi legifero. sed lex Christi cum sit summe iniqua et execrabilis, quia mendacissima, seductissima et blasphemissima, est summe contemptibilis et odibilis, igitur cristianus maxime odiret et contempneret dictum legiferum.

maiorem declaravi alias ex scriptura multiplici. nam Joh. quarto decimo dicitur: si quis diligit me, sermonem meum servabit, qui non diligit me, sermones meos non servat. regalia enim regis fundantur in suis legibus, ideo contempnere legem cuiuscunque 30 regis foret contempnere eius regalitatem, eciam ipsum

*The 'cursed,
despicable and
hateful' law of
Christ*

1 potuerit (?) A 14 quod AC ut B^aD 15 vice-simo secundo scripsi 23^o ACD 13^o B^a 19 A¹ in marg. infer. cum sig. marg. miniavit sicut lex diligitur, sic et illius rex 27 et qui B^aD 28 fundatur B^aCD

4 v. 16 5 v. 44 v. 28 15 Luc. 22,34
 21 cf. similem propositionem a JWo ad absurdum redactam in Polem. Works (ed. Buddensieg) De Contrarietate duorum Dominorum cap. II pag. 699 25 alias: cf. pag. 306,7
 26 v. 23—24

regem. ideo dicit beatus Gregorius: 'qui diligit regem, diligit eius legem'. non est autem honor legis inficere eam per malum sensum contrarium sensui imperatoris, sed omnino oppositum. ideo videtur, quod execrantes

Whoever scorns Christ's law, must needs hate Him

legem dei nedum concedunt, quod idem simul est || sacram ^{fol. 48d} et execrabile, que sunt mere contraria, sed quod legifer est execrabilis, qui ab intento tribuit talem legem. si enim logicus abhorret, quod eadem proposicio est simul vera et falsa, multo magis cristianus horreret, quod lex dei sui sit simul sacra et execrabilis, sed sicut est omnino impossibilis et non vera, sic foret omnino execrabilis et non sacra. — et si dicatur, quod sit uni vera et alteri falsa et sic de denominacionibus ab eis contractis, tunc sunt tria dicenda. primum, quod tota scriptura est vera, secundum, quod omnis scriptura est scriptura sacra quia quoad deum, et tertium, quod deturpantes scripturam pure sacram sunt notabiliter increpandi, ut alias diffuse deduxi. unde videtur, quod oportet hereticantes legem dei dicere, quod est mala nedum malicia pene, sed culpe, sicut verba heretici male intelligentis scripturam sunt mala et culpanda ratione peccati. sed apostolus dicit Rom. septimo: lex igitur mala? absit; sic enim deus noster tamquam deus Manicheorum foret summe malus, nedum quia homines male accipiunt ab eo occasionem peccandi, sed quia severe inflxit quodlibet malum pene. sicut igitur deus est laudandus, quia

4 omnino om. D, addidit in marg. prima manus
 8 abhorret D; C, sed rre expuncto restituit abhorret est A
 sit B^aCD 10 sed sicut est omnino impossibilis et non
 vera, sic foret omnino execrabilis om. A, sed in marg. add.
 12 sit AB^a 19 male B^a 25 quod
 licet B^a 26 qui D

1 Gregor. Magn. Opp. Patrol. Ser. I tom. 76: XL
 Homiliarum in Evang. I. II hom. 30 pag. 1220, ubi rem, at
 non verba ipsa laudata inveni (pag. 1222—23) 17 cf.
 De Civili Dominio lib. I cap. XLIV pag. 396/97: minor
 patet ex eo, quod scriptura sacra (que est lex Christi) con-
 tinet in se omnem veritatem, omnis lex est veritas sqq.; cf.
 ibidem pag. 440/41: tria sunt, que oportet de scriptura sacra
 ex fide credere sqq. 17 alias: cf. pag. 306, 22 v. 7

tribuit bonam legem, sic esset culpandus, si daret legem culpabilem. est, inquam, laudandus, quia infert malum pene, quia non male, sed delectabiliter sibi et iustis et inculpabiliter, quia iuste infert malum huiusmodi. ideo nec est malus culpabiliter nec penaliter. non enim est subiectum pene quoad deitatem neque pena formaliter; quoad humanitatem vero, que subfuit maledicto, malum fuit sibi, non tamen fuit malus, quia neque culpabilis neque pro culpa sua punitus, ideo malum fuit sibi sine hoc, quod ipse fuit malus. et per idem nec verba sua nec actus eius aliqui erant mali, quia nec pena nec culpa nec causa suscepit omnem predicationem sui causati.

sed quia impositum est michi, quod ego quondam *Wyclif humbly revoking a former assertion*
dixi, scripturam esse falsissimam, et preter hoc dicta
argumenta videntur militare indifferenter contra quemlibet vel saltem difficultates scripture includere, ideo
iuxta numerum argumentorum sunt tres difficultates tangende. — primo tamen profiteor, quod, si umquam dixerim, scripturam sacram esse falsissimam, hoc multum
dispicet michi modo, et illud humiliiter revoco et retracto tamquam pessime sonans, hereticum et blasphemum. — secundo patet, quod sentencia, quam modo explico, est omnino contra conclusiones argumentorum dictorum, cum dicit, omnem sacram scripturam inseparabiliter esse
veram, cum veritas animi affecti signis sensibilibus sit altera pars aggregati, quod est scriptura sacra. sic loquuntur philosophi et theologi de aggregato per accidens, et hanc logicam vel metaphysicam docet Cristus Joh. octavo dicens, quod diabolus est mendax et pater eius. mendax enim aggregatur ex natura creata bona et vera, cum sit opus dei et ex ficta falsitate a peccabili natura elicita.
fol.49a || et illud aggregatum est detestabile monstrum, secundum

4 iusta A, vix dignosci potest 7 que A, correxit D
quod C qu. sequitur rasura B^a. in marg. addidit B¹
que 13 B^a (*nova manus*) in marg.: Nota 17 B⁵ in
marg.: hic sunt tres difficultates tangende A¹ in marg.:
protestacio 20 B^a (*manus recens*) in marg. notavit
retractatio W(yclif) 30 A in marg.: Nota

cuius unam partem dicitur diabolus pater mendacis, quia natura illa ex libertate sui arbitrii a veritate prima versi procurat in se ipso mendacium, quod Cristus non potuit, sicut non potuit peccare.

Is there a possibility of Christ ever having falsified, told lies and deceived?

difficultas tamen tangens primum argumentum est, si Cristus potuit quemquam decipere. quo habito sequitur cum veris, quod Cristus habuissest animum fallendi vel decipiendi. arguitur igitur primo sic: iustum est, ut in penam peccati homines decipientur, et omne tale iustum est autorizatum et factum a deo, igitur talis fallacia vel decepcio est facta a deo. similiter Cristus dicit Luc. octavo suis discipulis: vobis datum est nosse misterium regni dei, ceteris autem in parabolis, ut videntes non videant et audientes non intelligent. et concordat illud Ysa. sexto: exceca cor populi huius etc. aliter enim impertinenter quereret deus tertio Reg. vicesimo secundo: quis decipiet Achab? et post sequitur: ait dominus: egredere et fac ita. unde istam sentenciam videtur apostolum affirmare Rom. primo dicens, quod deus tradidit philosophos in reprobum sensum eo, quod cognoscentes deum non sicut deum glorificaverunt. ex quo videtur, quod deus est maxime deceptivus, quia infinite ut videatur. nec valet dicere, quod Cristus asseruit illa falsa, sed non ad sensum falsum, quia Cristus intendebat, illum sensum haberi per illa signa, nec oportet ad hoc, quod homo sit falsus, ut dictum suum sit falsum, quod consensiat sensui falso, ut patet de hominibus duplicitibus

5 tamen *AD* autem *B^a*, correxit *C* cristus
om. A, in marg. add. *A¹ in marg. super. rubr. litteris:*
 utrum Cristus potuit quemquam decipere 7 verbis *B^a*
habuit B^aCD 8 sic *ACD* quod *B^a* 9 et
om. B^aCD 16 quereret deus *B^a*, *C² in marg.* *om. C*
quereret AD 17 Rom. 12^o *A* 30 Reg. 12^o *CD* 20 10 *B^aCD*
5^o A tradit *B^a*, *compendio neglecto* 25 atten-
 debat *B^a* 27 ut *AD* vel *B^aC* 28 duplicitibus
in marg. add. B¹; quae prius inter hominibus et exsisterunt
erasa sunt

12 v. 10
 20 v. 21 sqq.

15 v. 9—10

17 I Reg. 22²⁰; 22

et dicentibus: non est deus, tamquam eis impossibile, ut tactum est octavo capitulo.

similiter nemo potest quicquam dicere ad sensum, qui non potest esse nec intelligi, sed deum non esse non potest intelligi, ergo ad illum sensum nemo potest quicquam dicere nec illum asserere.

similiter iocose vel officiose mencientes non asserunt illud falsum, quod dicunt, cum in mente, ubi solum esset assercio, contradicunt, et tamen secundum Augustinum culpabiliter mencintur, cum omne mendacium sit peccatum. et cum maxima mendacia sunt in scriptura sacra, que omnia deus dicit et asserit, videtur, quod deus sit peccator mendacissimus.

similiter, ut sepe tactum est, sensus talis non est nisi actus sencientis vel habitus. si autem sit sensus hereticus vel infidelis, tunc actus concipientis est huiusmodi. et cum ille actus non sit nisi ipsum sic concipere vel sentire, sequitur, quod sensus talis sit, hominem sentire infideliter vel heretice. ex quo sequitur, quod nedum illa scriptura sacra non habet sensum hereticum, sed nullus cristianus habet de aliquo sensum hereticum, non licet igitur elicere talem sensum.

similiter cum talis sensus sit creatura, illa est voluntas et sensus domini, vel aliter nullus fidelis habet sensum autoris, quia non formaliter sentit illo actu, quo sentit deus, sicut nullus cristianus sentit impossibile vel blasphemum. et si sufficit, actum talem elicere, cum Cristus ordinat et elicit illum actum, sequitur, quod ille sit sensus autoris. || non enim increparet deus vel iudicaret fol. 49b de illo sensu, nisi cognosceret illum sensum, et omnem actum malum hominis facit quoad eius substanciam.

³ quicquam *B^aC*, correxit *A* umquam *D* ⁸ esset *A*
foret B^aCD ¹⁶ compacientis *B^a* ¹⁷ sic *om.* *D*
²⁶ sicut *AB^a*, corr. *C* similiter *D* ²⁹ *A¹ in marg.*
infer. fol. 49^a rubr. litt.: Contra falsificantes scripturam

² hanc thesin in cap. VIII nusquam inveni; fortasse respicit ad ea, quae pag. 193 scripsit ⁹ cf. Opp. tom. XI 574; 578, Enchir. c. XII: porro autem omne sqq. ¹⁴ sepe: cf. supra 306₇

*To impute to
God that He
makes man a
liar or deceiver
is to wrong the
idea of
Godhead,*

difficultas autem stat in isto, si deus decipit, fallit vel fraudat aliquem in penam peccati. et videtur, quod sic ex autoribus allegatis. si enim deus induravit cor Pharaonis, ut patet Exod. septimo, occidit omnem hominem occisum, ut patet Deut. tricesimo secundo, et illudit digno decipi per draconem, ut dicitur Psal. centesimo quarto, quare non decipit peccatorem tradendo eum in reprobum sensum, ut dicit apostolus? unde Jer. vicesimo dicit sanctus propheta ad dominum: seduxisti me, domine, et seductus sum, quia forcior me fuisti et invaluisti. cum enim seduccio et decepcion et talia possunt dicere causanciam actus penalitatem, quo spiritus creatus deviat a veritate, quare non congrueret, deum hoc facere? videtur, quod oportet, cum hoc sit iusta creatura dei, verumptamen deus non sic facit vel quomodolibet punit nisi occasione accepta de peccato. et ut sic dicitur peccatum bonum, cum dat occasionem iuste pene. et sic dicitur Jeremiam credidisse ex autoritate et sanctificacione primo sibi data, Jer. primo, quod non passus fuisset tot penalia, cum vincitus, percussus et tribulatus fuit a sacerdotibus, scribis et falsis prophetis, ut patet Jer. vicesimo, vicesimo sexto, vicesimo octavo et tricesimo septimo. adiutus tamen est per brachium seculare, ut patet Jer. tricesimo septimo, tricesimo octavo et quadragesimo. et iste sensus est veri similius michi, quam intellegendo scripturam pure conditionaliter, quod seduxisti me, si seductus sum.

*for then man,
imitating God,
would be allowed
to deceive his
brother by
pious fraud*

et sic dicunt doctores, quod ad imitacionem dei dicent catholicos decipere proximum pia fraude. non tamen videtur michi, quod deus vult approbative peccata nec

3 indurat *B^a* 6 centesimo quarto *emendavi* CIII^o
cuncti codd. 11 et *omiserunt B^a CD* 12 causanciam *scripti;*
quid notarii hoc loco legi voluerint mihi incertum est;
fortasse causativam voluerunt 18 iusticie *B^a D* cre-
disse A 23 et 28^o *B^a*

4 v. 3 sqq.	5 v. 39	6 v. 26	8 cf. Rom. 1:28
9 v. 7	19 v. 5 sqq.	22 v. 2 sqq.	v. 11 sqq.
v. 10 sqq.	23 v. 15 sqq.	24 v. 20—21	25 v. 10
v. 1 sqq.			

necessitat homines ad peccandum, ut videtur Doctorem Profundum dicere, sed bonum consequens approbat et defectum reprobatur.

unde ad intelligendum scripturas et subtilitatem illius materie, oportet diligenter advertere distinctionem inter penas et creaturas, que sunt opera dei, et defectus vel peccata, que sunt opera propria peccatoris. oportet secundo distingwere inter bonum, quod consurgit ex gracia acceptacione domini de peccato. et tunc tercio potest theologus uti logica secura conformiter ad scripturam, cum nulla valet, que non ab ea habet originem.

ideo dicitur communiter, quod in decepcione sunt duo. primum est cecatio intellectus vel subtrahendo illuminacionem vel positive addendo stultificantem in penam peccati. et hoc competit deo, ut videtur, ex scriptura multiplici.

*Nature and
manners of
deceit*

secundum vero in decepcione est defectiva duplicitas decipientis, qua secundum unam partem vel potentiam dicit unum et secundum aliam partem seu potentiam dicit cum hoc eius oppositum. et omnis talis decepcio, cum dicit mendacium, non potest deo competere. et illud decipere explicatur proprie per fallere, quod est fraude decipere, et sic nichil fallit nisi illicite, fol. 49c quia cum || duplicitate et mendacio. verumptamen deus concurrit ad omne positivum in actu fallentis causando et approbando illud quoad totum esse suum naturale, sicut facit ad omne opus creatum.

verumptamen in actu fallentis et mencentis est quedam obliquitas, quedam duplicitas vel defectus, quem

1 videtur, sequitur rasura D B⁶ in marg. taxat eciam profundum notavit 4 subtilitates D 12 A¹ in marg.: decepcio 14 stultificantem: quae ficantem praecesserant, erasa in B^a, in marg. B¹ stulti supplevit 20 D⁹ in marg.: differencia inter decipere et fallere 23 fraude C faude A, corr. ex faudo, sed x inter lineas superscripto mutavit in fraude fando D fand, sequitur rasura B^a, in marg. supplevit aliquis o 24 A¹ in marg. super. rubr. litt.: materia de mendacio 25 concedit B^a positum B^a

1 cf. Bradwardinae De Causa Dei III 29 pag. 739: deus necessitat quodammodo ad actum peccati secundum substantiam ipsius actus sqq.

deus non approbat saltem quoad esse suum primum, quod non est esse, sed deesse, licet passiones talis peccati approbet et causet, ut quod puniatur, quod prodit ecclesie et per accidens pulchrificet universum. et sic deus foret summe deceptivus.

*The nature of
the lie*

Ex istis colligitur conclusio Augustini, quod 'omne mendacium est peccatum'. pro quidditate vero mendacii videtur, quod omnes eius quatuor descripciones, quas dat Augustinus in libro suo *De Mendacio* concordant in isto, quod mendacium sit falsa diccio creature ⁵ racionalis. omnis, inquam, talis est cum intencione fallendi generali vel speciali, explicita vel implicita, quia omnis menciens ad minimum fallit se ipsum, quia vadit versus patrem mendacii contra mentem.

et patet sentencia Anselmi in *De Similitudinibus* ¹⁵ cap. quinto decimo, quod 'omne peccatum est mendacium' et e contra. cum enim quelibet res dicit se, patet, quod habitus vel ritus religiosi vel clerici dicens *ex* institucione humana vel divina, quod debet vivere sic religiose, et habitus mentis ac opera, si contradicunt, ut ²⁰ sic mentitur in facto.

sed mendacium sumitur famosius pro falsitate vocis, que potest fieri octo modis, ut recitat Augustinus in libro suo *De Mendacio* quarto decimo et tricesimo primo capp. — primum et capitale mendacium est, 'quod fit in ²⁵ doctrina religionis', ut contingit, hereticos mentiri de scriptura sacra imponendo sibi sensum falsum. tales enim secundum Augustinum septimo decimo cap. in-

9 B⁵ in marg.: Mendacium secundum Augustinum in libro suo *De Mendacio* est falsa diccio creature racionalis cum intencione fallendi *A¹ in margine*: quid est mendacium *16* mendacium est peccatum *B^a* peccatum est mendacium *AD; C, sed lin. superscr. mutatum in* mendacium est peccatum *20* ut *ACD* vel *B^a* *24 VII^o et IX^o codd.* *28 VIII^o cuncti codd.*

6 cf. Opp. tom. VIII 1789; 1817 *8 cf. quae apud*
August. de vi ac natura mendacii distinguuntur *ibid. 1763:*
non enim omnis sqq. *9 cf. Opp. tom. VIII 1779* *15 cf.*
Opp. Ser. II 158 pag. 683, sed definitio mendacii, quam JW
hic laudat, non in Anselmi De Similit., sed in eiusdem
Exhortatione Ad Contemptum Temporalium exstat *23 cf.*
Opp. tom. VIII 1779 et 1781 *28 cf. ibid. 1784*

veniuntur falsi testes dei, dicentes ad modum loquendi apostoli prima Cor. quindecimo falsum testimonium contra deum. — secundum genus mendacii est, quod 'nulli prodest, sed obest alicui', ut contingit de falsis defensionibus fratribus suos. — tertium genus mendacii est, quod uni obest et alteri prodest quoad iudicium ecclesie militantis, ut testis productus in causa civili mendaciter deponens pro uno contra suum adversarium sic mentitur. nam talis non dampnificat partem iustum nec prodest ¹⁰ parti, pro qua mentitur, sed omnino oppositum, licet in facie ecclesie oppositum a carnalibus iudicetur, cum vere canit ecclesia, quod

'nulla ei nocebit adversitas
si nulla dominetur iniquitas'. —

¹⁵ quartum genus mendacii est, quod fit non explicita intentione nocendi vel prodesse proximo, sed pura mencendi libidine, ut contingit in quibusdam ludis nephariis, in quibus mendaciōres acquirunt lapidem vel premium aliud constitutum. unde tales sunt mendaces ²⁰ eo, quod habent animum mencandi, mencientes autem sunt quicunque eciam invite comittunt mendacium, ut dicit Augustinus undecimo cap. — quintum genus fol. 49^d est, || cum menciens pretendit placenciam in suaviloquio persone, cui mentitur, cavendo de dampno sensibili, quod inferret proximo. in quo genere laborant ioculatores et ministralli. — sextum genus est, cum menciens nulli obest documento sensibili, sed alicui a proposito prodest quoad bonum fortune secundum carnale iudicium, ut posito, quod cognoscam, ubi pecunia ²⁵ fratri absconditur, et tamen pro salvacione pecunie menciendo latronibus illud negem. — septimum genus men-

² XI^o codd. ^{15^o} corr. manus recens in marg. A
³ nulli AB^oD ^{15^o} universaliter expunctum C, in marg.
 prima manus addidit vel nulli ¹⁶ pura B^a, corr. C
 prava D; A, sed signo apposito in marg. correxit in pura
²¹ eciam erasum B^E, in marg. addidit Bⁱ ²² VII^o
 codd. omnes ²⁶ et (expunctum) et A cum om. A,
 add. in marg.

² v. 15 ³ cf. Opp. VIII 1779 sqq. ²² cf. ibid. 1775
²⁶ ministralli dicuntur artifices, operarii ('sartores, drapiferi,
 sutores et alii ministralli')

and its eight
kinds
according to
St. Augustine

dacii est, cum quis gracia prodesendi homini in bonis nature mentitur, ut faciunt mencientes in iudicio pro innocentibus vel latronibus salvandis vel quoad vitam corporalem vel membrum. — octavum genus est, cum quis pure mentitur pro salvando in proximo bono fame, ⁵ ut contingit in testibus negantibus furtum, adulterium vel quamvis aliam inmundiciam defamantem in esse proximo impletito.

Three principal kinds of lying according to St. Augustine and St. Thomas

et reducunt doctores omnia ista octo genera mendacii ad tria, scilicet ad mendacium perniciosum, ad ¹⁰ mendacium officiosum et ad mendacium iocosum, quia, ut dicit sanctus Thomas secunda secunde quest. centesima decima: cum 'omne mendacium opponitur veritati', contingit, ipsum tripliciter dividi, primo modo, secundum quod transcendit veritatem in maius, quod pertinet ad ¹⁵ iactanciam, vel secundum quod deficit a veritate in minus, quod pertinet ad yroniam, ut patet quarto Ethic. et ista est bimembris divisio mendacii in quantum huiusmodi. — secundo modo dividitur mendacium secundum intentionem finis mencientis, quod variatur tripliciter. primo ²⁰ modo, quando menciens intendit proximi nocumentum, vocatur mendacium perniciosum. secundo, quando menciens intendit bonum utile proximi est mendacium officiosum. tercio vero, quando menciens intendit bonum delectabile proximi comittitur mendacium iocosum. — ²⁵ tercio vero dividitur mendacium secundum gradus gravitatis culpe, cuius latitudinis est dare octo gradus, quia in mendacio pernicioso sunt tres gradus. nam menciens contra deum in veritate scripture mentitur perniciose in primo genere, menciens autem pure ad nocendum pro- ³⁰

¹ quis correxit ex quevis A quevis B^a quivis CD
¹¹ quia om. A, inter rigas add. ¹⁹ B^b in marg.: Nota de triplici mendacio. pernicioso officioso et ioco. primum intendit malum proximi. secundum bonum utile, tertium bonum dilectabile ²⁷ quia ACD nam B^a

¹² St. Thome Opp. om. Parmae 1858, vol. VII Dist. XXXVIII Quaest. I (De Triplici Genere Mendacii) pag. 431^a; 432^b ¹⁷ cf. Arist. ed. Acad. R. Berol. II (HOIKΩN NIKOMAX.) lib. IV cap. 8 pag. 1124^b; vide quoque (PHTOPIKH ΠΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ) c. 22, vol. II pag. 1439^a

ximo peccat perniciose in secundo gradu, sed menciens ad prodesendum uni et nocendum alteri peccat in tercio gradu mendacii. si autem quis mentitur pure intencione explicita gracia boni, hoc contingit gracia boni intrinseci ut pura libidine mencentis, quinto propter puram placenciam audientis, sexto propter utilitatem boni fortune proximi, septimo propter utilitatem boni nature proximi et octavo propter utilitatem boni fame proximi. et ita, si bene perspicitur, raciones istorum mendaciorum, licet sint in se distincte, verumptamen ut plurimum sunt permixte.

sed quantum ad omnia ista mendacia conclusio beati Augustini est in multis locis, quod eorum singulum est peccatum. unde dicit in De Mendacio || ultimo et ponitur in Canone vicesimo secundo quest. secunda, primum quod 'in ipsis octo generibus tanto quisque minus peccat, cum mentitur', quanto magis a primo recedit. 'quisquis', inquit, 'esse aliquod genus mendacii, quod peccatum non sit, putaverit, decipiet se ipsum turpiter', et primo De Doctrina Cristiana tricesimo sexto cap. 'omnis', inquit, 'qui mentitur, inique facit, et si cuiquam videtur utile aliquando esse mendacium, potest videri utile esse aliquando iniquitatem. nemo enim menciens in eo, quod mentitur, servat fidem. nam hoc utique vlt, ut, cui mentitur, fidem sibi adhibeat, quam tamen ei menciendo non servat. omnis autem fidei violator iniquus est. aut igitur iniquitas aliquando est utilis, quod fieri non potest, aut mendacium semper inutile' et Encheridion cap. duodecim: 'michi

Every lie in its essence is sin,

4 gracia C om. B^aD; A, sed in marg. additum
intrinseci AB^aC extrinseci D 11 B^a in marg.:
conclusio beati Augustini est in multis locis, quod omne mendacium est peccatum quia secundum eundem (?) dist. De Doctrina Crist. 41^o cap. omnis. inquit, qui mentitur, inique facit, quia in eo, quod mentitur, servat fidem sibi, cui mentitur, et qui non servat, fidem peccat 13 A in marg. infer. fol. 49^d ultimo et ponitur in extrema parte paginae quasi nolam memorialem adnotavit; in marg. super. fol. 50^a miniativit idem omne mendacium est peccatum 19 XLI^o codd. 20 utilie B^a
22 nemo: quae prius in cod. exstiterunt, erasa sunt, in locum rasum supplevit notarius nemo enim menciens in 24 sibi om. B^a 27 X^o codd.

13 cf. Opp. tom. VIII 1789 (cap. XXI)
Opp. III 22 27 cf. ibid. XI 574

19 cf. Aug.

autem videtur peccatum esse omne mendacium'. et rationem assignat multiplicem, primam, quia omnis menciens vel in re vel sermone negat fidem quia veritatem. omnis talis est peccator, igitur omnis menciens est peccator. item omnis menciens abutitur signis dei eo, quod omnia signa instituta sunt a deo ut indicent veritatem. et istam rationem tangit Encheridion septimo decimo.

in its intention iniquity item omnis menciens wlt explicite vel implicite fallere proximum, sed omnis talis intencio est iniqua, cum sit contra illam maximam, Matth. septimo: *omnia, quecunque wltis, ut faciant vobis homines, hec et facite illis, igitur omnis menciens habet intencionem iniquam. quilibet enim habet naturale desiderium noscere veritatem.* ideo dicit Augustinus primo De Doctrina Cristiana tricesimo sexto: 'multos invenimus, qui mentiri velint, qui autem falli, neminem', ut, cum falli sit melius quam mentiri, videtur, quod nemo debet racionabiliter velle mentiri in casu aliquo. omnis igitur mencentis duplicitas est peccatum. unde Augustinus in De Mendacio allegat ad hoc scripturam quintuplicem. primo illud Exod. vicesimo: *falsum testimonium ne dicas. quisquis, inquit, aliquid enunciat testimonium, perhibet animo suo.*' secundo per illud Sap. primo: *os, quod mentitur, occidit animam, et tertio per illud Psal. quinti: perdes omnes, qui loquuntur mendacium,* quarto per illud Matth. quinto: *sit sermo vester est, est, non, non, et quinto per illud Eph. quarto: propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem.*

sed contra ista obicitur primo: videtur, quod omnis

2 primo <i>D</i>	in sermone <i>B^aCD</i>	7 XIV ^o <i>cuncti</i>
<i>codd.</i>	10 <i>wltis ACD</i>	11 <i>hic A</i>
14 41 ^o <i>cuncti codd.</i>	16 <i>falli correxit non feliciter B^a,</i> <i>ut quid voluerit vix dignosci possit; sed falli addidit Bⁱ</i>	
<i>in marg. A</i>	18 <i>mencentis om. B^a</i>	19 <i>unde in cor-</i>
	22 <i>prohibet B^aC</i>	30 <i>D² in marg.:</i>
<i>obieccio</i>		

7 cf. <i>ibid. XI 574</i>	14 cf. <i>ibid. III 22</i>	20 cf.
<i>ibid. VIII 1778</i>	21 v. 16	25 v. 7
26 v. 37	27 v. 25	

intelligens scripturam sacram ad falsum sensum et ad illum sensum ipsam enuncians menciat, quod esset nimis grave, ut patet ex dictis, cum maior pars scripture sit falsa male intelligentibus.

5 hic dicitur, quod nemo intelligit scripturam sacram *Is he who understands and interprets Holy Scripture wrongly a liar?* false, nisi peccaverit menciendo, quia fallit se ipsum intelligendo aliter, quam deberet. unde si surrepererit talis

^{fol. 50b} vana cogitacio, illa non est sensus || scripture sacre, nec

ipsam falsificans, dicente Augustino primo De Doctrina

10 Cristiana tricesimo sexto cap.: 'si quis', inquit, 'in scripturis aliud senserit quam ille, qui scripsit, illis non mencientibus fallitur'. habet autem iste sanctus modum loquendi, quod scriptura falsa mentitur, quia aliter non foret pertinens excludere os, scripturam vel opus quod-

15 cunque a mendacio, nisi quia omne mendacium mentitur. et ideo Augustinus in libro De Mendacio cap.

quinto excusans vetus testamentum a mendacio quoad partem mysticam sic loquitur: quicquid figurate dicitur aut fit, non est mendacium. 'omnis enim enunciatio ad

20 illud, quod enunciat, referenda est, omne autem figurative aut factum aut dictum hoc enunciat, quod signat eis, quibus intelligendum prolatum est'. et Contra Mendacium decimo, postquam ostenderat, quod Cristus est leo, petra etc., et prius ostenderat causam multiplicem

25 significacionis velate, sic infert: 'vera non falsa dicuntur, quoniam vera non falsa signantur verbo vel facto. putantur autem esse mendacia, quoniam non ea, que signantur, vera dicta intelliguntur, sed ea, que falsa sunt dicta, esse creduntur'. ecce, quomodo male intelligentes

30 convenient in materiali verbi domini, sed non falsificant vel mendax faciunt illud verbum, quia tunc deus esset

5 *D²* in marg.: responsio 10 XLI^o codd. cuncti

11 sensit *B^a* 14 scriptura *B^a* 15 quia *AB^aC*

quod *D* mendacium *A* in marg. add., lectionem textus

sanans falsum *B^aCD*, *A* in textu 17 III^o cuncti

18 sit aut dicitur *B^a* 20 figurative *ACD* facte *B^a*

23 nono (*vel* capitulo) codd.

9 cf. *Opp. tom. III* 22 16 cf. *ibid. VIII* 1767 23 cf.
ibid. 1805—1806

mendax. et sic, ut docet sanctus Thomas secunda secunde quest. centesima decima, scriptura sacra 'in munis est a falsitate'. ad hoc quidem laborarunt sancti, ut a scriptura sacra omnino excluderent falsitatem. quod si quis dogmatizat scripturam ad sensum, quem credit esse catholicum, dum in isto decipitur, non excusatur a mendacio implicito, ut patet in De Mendacio primo cap. ideo nemo debet presumere asserere tale ambiguum nisi cum condicione vel opinative.

*Distinction
'know', 'believe'
and 'opine'*

est autem differencia inter scire, credere et opinari, ut 10 dicunt Augustinus in De Mendacio tertio cap. et Hugo de Sancto Victore expressius, quod scire est veritatem sub ratione presencialiter se ostendentis intelligere sive abstractive sive intuitive. credere autem est absque formidine consentire ad esse rei, quam in principio credens 15 ignorat. ille autem opinatur, qui cum formidine consentit credibili, et sic scire vel intelligere est summum extreum, opinio vero extreum aliud, inter que mediat fides sive credulitas.

et sic menciennes de scriptura sacra sunt in gradu 20 triplici, ut quidam asserentes, illud, quod est falsum, esse sentenciam autoris, et illud secundum beatum Ieronymum presumptive defensum est heresis. secundo modo, quando quis presumit, cum quadam tamen formidine, scripture sacre imporere sensum talem. tercio modo, quando 25

1 *D² in marg.*: sanctus Thomas differencia inter scire, credere, opinari

10 *A¹ in marg.*:
B⁴ in marg.:

Nota differenciam inter scire, credere et opinari secundum Augustinum in De Mendacium (!) cap. Io

D² in marg.:

differencia inter scire, credere et op*i* (*sic*)

et *AB^aC*

vel *D* dicit *D* 11 *Io codd.*

12 *C in marg.*:

quid est scire 13 *C in marg.*: quid est credere

16 *C in marg.*:

quid est opinari consentit *AC*, correxit *B^a*, in

marg. iteravit B¹ sentit *D*

2 cf. *S. Thomae de Aquino Summae lib. II (edit. Basiliensis a. 1495, 26. Aug.) II p; CX q., proc. 1, 3 et 4 (folia editionis numeris carent)* 7 Aug. Opp. VIII 1764 11 cf. ibid. 1763—1764 *St. Hugonis Dogmatica Ser. II 176: de Sacramentis lib. II pars XVIII c. XVII, ubi de differencia inter videre et credere subtiliter et accurate disputat, at ipsa Hugonis verba nusquam inveni*

quis habet sensum catholicum et tamen superflue imponit scripture sacre sensum impossibilem, secundum quem dicit, illam esse impossibilem. et illud genus mendacii scripture videtur michi maxime perniciosum quia blasphemum in deum, errorum plurimum inductivum. || nam ubi nos cristiani confitemur concorditer, quod unigenitum patris in die ascensionis ad celos ascendisse credimus, eo quod Cristus Marc. ultimo exprobravit incredulitatem eorum, qui dicrediderunt hiis, qui viderant, eum resurrexisse a mortuis, ista secta dogmatizat, quod nullus cristianus debet credere, quod Cristus resurrexit vel ascendit in celum, cum non debet illud concedere, ymmo, ut estimo, habet concedere, quod cristianus non potest hoc credere, cum nemo potest vel cogitare, quod deitas ascendit, vel quod fuit corporaliter liniata, quia tunc posset cogitari aliquod maius deo, quod improbabitur. nec possunt sic opinantes excusari a mendacio, quia secundum sanctos dicentes propositionem falsam quantumcunque iocose, licet nec ipsi nec auditorium credit illam, menciuntur culpabiliter, multo magis dicens falsum et blasphemum in materia fidei, et intelligens, qualiter secundum doctorum sentencias non debet intelligere, mentitur gravius, cum habet ad minimum intencionem implicitam decipiendi se ipsum atque ecclesiam. omnis enim peccans ut sic decipit se ipsum. quod si surrepserit contra voluntatem suam cogitacio sinistra de scripture, doleat, quia cogitacio talis superflua inducit peccatum saltem veniale et per consequens mendacium, licet vere asserat, quod scripture sacra non sit exhinc falsa, sed proposicio similis quam

If it is forbidden to lie in joke, how much more in any matter of faith

2 secundum quem dicit, illam esse impossibilem *om.* *A*,
add. in marg. 5 *A¹ in marg. infer. fol. 50^b miniavit*
 Mencientes contra scripturam sacram sunt in triplici gradu
 8 exprobrabat *D* 15 divinitas *B^a* 17 excusare *D*
 19 iocoso *AD* nec *C*, corredit *A* ex non non *B^aD*
 22 doctorum *A* sanctorum *B^aCD* 25 *B⁴ in marg.*:
 hic dicitur. quod omnis peccans ut sic decipit se ipsum, quia,
 si surrepit contra voluntatem suam cogitacio sinistra. inducit
 peccatum saltem veniale 26 surrepserit *A² in marg.*
 surrepit *B^aCD*, *A in textu* 28 induit *D* 29 asserit *D*

8 cf. Marc. 16¹⁴

ipse sinistre fabricat. nec ex hoc sequitur, quod melius esset, non intelligere gramaticam scripture quam ipsam intelligere, aut quod melius esset, non dicere partes scripture et oraciones ecclesie, que sunt michi impossibilis, quam ipsas dicere, quia intelligere gramaticam scripture est bonum, sed abuti illa sciencia in blasfemando scripturam sacram est valde malum. et sic de dicione parciuum scripture et oracionum ecclesie.

Laymen and theologians giving the meaning of Holy Scripture an erroneous interpretation, stand in danger of sin

conceditur tamen, quod occasione male accepta contingit, grammaticum ruditer intelligentem scripturam plus peccare dicendo illam ad sensum sinistrum quam datum laicum dicendo illam intencione pia, ut deo placeatur credendo, quod sit vera, ignorata eius sentencia. et sic contingere, theologum errantem in sensu scripture plus peccare omittendo ipsam dicere et contingere oppositum. ideo neutra pars per se sequitur, sed omnino convincitur, quod menciens sic de scriptura sacra peccat graviter, cum mendacium suum nec sit officiosum nec iocosum, eo quod non pertinet ad officium theologi sic intelligendo proficere vel iocari, sed ut asserens talē sentenciam nocet sibi ipsi et aliis. ideo videtur mentiri perniciose.

quandocunque autem quis sensu falso informat materiale vel sensibile extrinsecum, tunc aggregatum ex signo et sensu est mendacium, sive assit assercio vel consensus sive non. mendacium enim est falsum, quod quis loquitur. ex quo patet, quod nemo debet dicere scripturam falsam, cum nemo debet mentiri. nec oportet, pios theologos sencientes ortodoxe de scriptura timere falsificacionem scripture sue per sinistros intellectus circumstancium, quia, ut dictum est cap. octavo, illa signa extrinseca non sunt propositio vel scriptura sacra, sed aggregatum || ex illis et sensu.

ex quibus patet primo, quod criminosi quantumcunque sanctam scripturam dixerint quatuor primis modis intelligendo scripturam, tamen omnis scripture quinto

fol. 50d

18 nec (<i>prius</i>) <i>AD</i>	non <i>B^aD</i>	24 assit <i>AB^aC</i>
asserit <i>D</i>	25 <i>A¹</i> in marg. rubr. litt.: mendacium quid est	
30 80 <i>A</i>	om. <i>B^a</i> , supplevit in lacuna <i>C</i>	lacuna <i>D</i>

30 cf. supra cap. IX pag. 189 sqq. 34 cf. supra pag. 108 sqq.

modo, quam tunc dixerint, erit falsa, quia cuiuslibet talis scripture pars est sensus, quem eliciunt, sed omne sentire talem, dum sunt in crimine, est viciosum et mendax, et per consequens scripture eorum quinto modo s dictae pars formalis est mendacium, et per consequens scripture talis est eis non sacra, sed viciosa et mendax.

et ista videtur esse sententia beati Ieronymi posita in Decret. prima quest. prima: 'Marcium et Basilides et ceteri hereticorum pestes non habent dei ewangelium, quia non habent spiritum sanctum, sine quo humanum fit ewangelium, quod docetur. nec putemus in verbis scripturarum esse ewangelium, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonum foliis, sed in radice racionis'.

*Evangelical
truth is to be
found not in the
words of Holy
Scripture, but
in its sense*

secundo patet, quod iustus, sive ignoret sentenciam scripture sive minus bene ipsam intelligat sive auditorium sinistre intelligat dictum suum, dicendo quamcunque partem scripture, verum dicit quia scripturam sacram. quelibet enim talis scripture signat sibi deum et veritates theologicas, et talis sensus est pars sue scripture sacre. si autem habet cum hoc sensum falsum, tunc cum hoc habet scripture falsam, et ut sic peccat saltem venialiter. omnis enim diccio vel significacio falsa trahit originem ex peccato. et patet, quod utentes celesti logica possunt sancte, libere et expedite dicere sentenciam scripture sacre, ubi adversarii necessitati sunt mentiri, sese intricare et rangose narrare sentenciam, quam toto facto vix possunt defendere. igitur benedicta sit logica,

1 dixerit (?) A 2 est ACD 3 erit B^a 4 eorum quinto modo dictae pars formalis est mendacium et per consequens scripture talis omisit C 9 ceteri CD, correxit in loco raso A locus rausus B^a, sed B¹ in marg. termini addidit postes B^a 10 quia non habent spiritum sanctum, sine quo humanum fit ewangelium omisit A, in marg. super. cum sig. marg. addidit A² 11 fit (?) fuit) A¹ (in marg.), B^aC sit D 12 esse om. CD 17 sinistre in sinistre duo posteriora linea obducta delet. B^a 19 veritates C, correxit A virtutes B^aD 25 potest B^a 27 narrare ACD dicere B^a

7 cf. Opp. (ed. Migne) I 26 pag. 322 8 cf. C. J. C.
I c. 64 C. I q. 1 pag. 381 Marcum i. e. Marcion, qui
floruit ca. annum 160

que tam clare liberat suos imitatores ab ista miserabili servitute. nec valet eis cum philosophis, quarto Metaph., tacendo loqui et cum nutibus conceptus suos exprimere, quia indubie nutus et quecunque alia signa sunt eque falsa ut voces, cum indebitus sensus scripture totum s inficiat.

3. tercio patet, quod ex prophecia Christi et aliorum instrumentorum suorum convinci potest necessitas futurorum. Christus enim non potuit mentiri, cum omne mendacium sit peccatum, sed necesse est, quod ipse dixit assertive negacionem Petri scandalum mundi et diem iudicii. ideo necesse est, quod ipsa veniant. intelligo autem necessitatem ex suppositione, cum qua stat contingencia ad utrumlibet sicut cum qualibet veritate de preterito, ut patet logicis. et patet, quomodo ex

He who tries to understand the Bible right, must be at home in its logic

conformitate sensus cristiani ad sensum Christi oportet intelligere scripturam, quia aliter non poterit esse sacra, et sic necesse est, christianum conformare logicam suam logice Christi et declinare logicam contrariam deducentem ad dicta inconveniencia de scriptura, quia ex illo errore in principio fidei sequerentur quotlibet mala.

attendamus autem ad logicam primi doctoris equivorum, ut docet beatus Ieronymus et ponitur in Decret. tricesima septima dist.: 'vino inebriantur, qui scripturas sanctas male intelligunt atque pervertunt *sincera*, quia abutuntur seculari sapientia et dialeticorum tendiculis, que non tam vincula sunt appellanda quam fantasmata, id est, || umbre quedam et ymagines, que cito pereunt

fol. 51a

3 et om. *B^aD* 4 signa sua sunt *B^a* 8 instrumentorum *AB^a* 9 instructorum *D* 10 instinctorum *C* 11 *C³ in marg.*: Nota de necessitate futurorum 11 scandala *A* 14 quotlibet *D* 22 autem *A* 15 igitur *B^aCD* 16 doctorum *B^a* 23 *A¹ in marg. miniatum* Ieronimus 24 discentis *B^a* 25 atque pervertunt om. *B^a* 17 '*sincera*' scripsi ex auctoritate edit. Migne 18 citera *AC* 19 cisera *B^aD* 20 qui *B^aD*; *A*, sed in marg. *A²* correxit quia 21 quia *C* 22 *A¹ in marg. infer. rubr. litteris*: Ieronimus contra male intelligentes scripturam

2 cf. Aristot. Metaph. l. IV c. 29 (ed. Acad. R. Berol.) III 502a; rem, verbis Arist. ipsis neglectis, JW tangit 23 cf. Opp. Ser. I 24 pag. 318 cf. C. J. C. I c. 4 Dist. XXXVII pag. 136

et solvuntur'; et sequitur: 'secundum tropologiam pseudo-próphetas eos debemus accipere, qui aliter scripturarum verba accipiunt, quam spiritus sanctus sonat, et demones eos, qui conjectura mentis sue incerta futurorum quasi s vera pronunciant absque divinorum verborum autoritate'. et sequitur: 'quicunque scripturas non ita intelligit, ut rei veritas habet, uvam acerbam comedit'. caveamus igitur a periculosissimo genere mendacii de scriptura.

quamvis autem omne mendacium est peccatum, notandum tamen, quod Augustinus sepe loquitur de mendacio vocali explicito, quod dicit non esse, quando, quod falsum est, verum putamus, vel secundo, quando incognitum habemus pro cognito, vel tertio, quando non credendum credimus, vel quarto, quando enunciamus illud, quod non est opus enunciare. in istis dicit Augustinus De Mendacio tertio cap., est error sive temeritas, non tamen explicitum vocale mendacium, si desit expressa fallendi intencio.

secundo obicitur per hoc principium, quod maius *Is a lie in any case a sin?*
 20 bonum eligibile est pocius eligendum, sicut malum maius fugibile pocius est cavendum. sed hoc habitu mencendum est in casu possibili, igitur non est necessarium, quod omne mendacium sit peccatum. assumptum patet in casu multiplico: primo posito, quod expedit, proximum errasse in via pedum, sicut Augustinus narrat de ipso contigisse, Encheridion cap. septimo decimo. tunc mensiciens fratri suo de via, ratione cuius mendacii evadit periculum, et hoc eo animo, ut evadat, prodest proximo

3 demones eos *CD* divinos eos *B^a* duo (*ex-punctum*) demones *correxit in loco raso A* 9 mendacium sit peccatum *CD* peccatum est mendacium *A* peccatum sit mendacium *B^a* 10 *A¹ in marg. rubr. litt.:* Augustinus 13 quando *ACD* quod *B^a* 16 *II^o codd.* 19 *D² in marg.:* bonum (? bo) *A¹ in marg. infer. cum sig. marg. rubris litteris:* arguitur per casus tres, quod mentiri sit licitum 20 sicut corr. *A* 26 *VIII^o cuncti codd.*

1 cf. Opp. I 26 pag. 359 10 cf. Opp. tom. VIII 1766
 15 cf. ibid. et 1785 19 secundo: cf. pag. 14 26 cf. ibid.
XI 573 sqq.

secundum regulam faciendi alii, quod debet velle sibi fieri, igitur mendacium est in casu opus caritatis.

- b. secundus casus est, posito, quod quis posset levi mendacio salvare vitam fratris vel vitam propriam. tunc videtur minus malum, leviter mentiri quam destruere in se vel proximo tam bonum nature quam bonum moris, cum ex tibi dubio alter est modo in mortali peccato et posset per evasionem mortis salvari in anima et ecclesie multum proficere. positus igitur in adopcione eligeret minus malum, quia aliter videretur esse homicida, nec est leve mendacium tam ponderandum, cum patres veteris testamenti et novi sepe mentiti sunt.
- c. tercarius casus est posito, quod quantumlibet gravis persona redderetur infamis propter promulgacionem veritatis et forte periret una gens vel patria, tunc longe melius vel minus malum videretur, quod una persona periret tam corpore quam anima, quam esset, quod tota gens pereat potissime, cum menciens posset superstes penitere. et sic minus malum foret in casu tali mentiri quam dicere veritatem, cum illud dicere foret peccatum mortale gravius. sicut igitur positus in adopcione mentiri vel ydolatrare pocius mentiretur, sic positus in adopcione vel necessitate aut mentiri vel sic viciose dicere veritatem eligeret minus malum. si enim homicidium vel forniciatio potest ex circumstantiis cadere sub precepto, a pari mendacium, || quod sit minus malum.

hic respondeo admittendo principium. et ad primum casum admissum dico, quod assumptum est falsum.

pro quo notandum, quod error corporalis procedit ex errore intellectus, qui fit, quando verum putatur falsum vel e contra aut certum accipitur pro incerto vel e contra, ut

6 morum D 7 alter AB^a alias C aliter D
 7 in peccato mortali et C in mortali et B^aD; A, sed A²
 in marg. cum sig. marg. addidit peccato. ut in mortali peccato
 et eum legisse arbitrer 11 patres (?) plures) A 13 est
 om. AD quantumlibet ACD quantum B^a 20 fieret (?) A
 26 A¹ in marg. super. fol. 51^b rubr. litteris: Materia de erro-
 ribus, qui communiter contingunt sit AC est B^aD
 27 D² in marg.: responsio 31 contra AB^aC converso
 (9^o) D

dicit Augustinus Encheridion vicesimo. tunc dico¹, quod error corporalis in casu non est peccatum, errorem tamen intellectualem videtur semper comitare peccatum mortale vel veniale. ideo omnis homo naturaliter odit errorem s̄ huiusmodi, nec Cristus suscepit errores nostros, cum sciebat, quid esset in homine.

sunt autem quatuor gradus errorum magis notabiles, ut narrat Augustinus, Encheridion sexto decimo. primo modo est magnum malum, falli in fide ut discredendo, quod dicit ad vitam, vel credendo, quod dicit ad mortem. — secundus gradus erroris est, quando quis discredit veritati extra fidem et credendo falsum incurrit molestias temporales, ut credenti de homine malo, quod sit bonus, contingit quandoque fraudari. — tertio modo, quando de malo creditur, quod sit bonum vel e contra sive hoc, quod sequatur in credente malum sensibile. — sed quarto modo, cum contingit ex errore bonum sensibile, ut si eius occasione deceptus evadit perniciem.

primi errantes sunt in cap. Ysa. quinto: ve, qui dicitis bonum malum et malum bonum. error, inquit Augustinus, per se aut magnum malum est in re magna aut parvum in re parva, tamen semper est malum. quis enim nisi errans neget, malum esse, approbare falsa pro veris aut certa pro incertis vel e contra. sed oportet distinguere inter errorem et illa, que ex eo sequntur. nec sequitur ex isto, quod in statu innocencie fuisset error sensus, nec quod nos lapsi nichil debemus iudicare, ne peccemus, ut opinati sunt Achademici, quia, ut dicitur quinto decimo De Trinitate quarto decimo, veritates contingentes cognoscimus, cum quarum apprehensione non contingit, nos errare ut noscendo, nos esse, vivere, in-

¹ IX^o codd. cuncti 5 huiusmodi C huius AB^aD
 7 A¹ in marg. miniavit Errorum quatuor gradus erroris D
 B⁴ in marg.: hic notantur quatuor gradus errorum magis notabiles 8 XII^o codd. 11 quando ACD cum B^a
 13 credente codd. 22 tamen AD cum B^aC 29 quarto
 decimo scripsi cum Maurinis 31^o AB^aD 13^{es} C

¹ cf. Opp. tom. XI 576—578 6 cf. Joh. 225 8 cf.
 Opp. XI 573 sqq. 19 v. 20 21 cf. Opp. XI 576 28 cf. ibid.
 577; 280—281 29 cf. ibid. 284 sqq. (res, non verba laudata)

*The nature and
the kinds of
error*

Sinfulness of error

telligere et velle. et multo magis hoc est verum de veritate scripture. nec est putandum, quod omnis error tollit graciam. ideo dicit Augustinus Encheridion vicesimo primo, quod in quibusdam rebus errare 'aut non est putandum esse peccatum, aut, si est, minimum esse atque levissimum'. sic enim Ysaac non incurrebat crimen putando de Jacob, quod fuit Esau, Gen. vicesimo septimo, nec Jacob credendo, quod Joseph fuit a bestiis devoratus, Gen. tricesimo septimo, nec Petrus credens de monitione angelii, quod fuisset visio, Act. duodecimo, verumptamen omnis error sapit peccatum ad minimum veniale, quia, ut dicit Augustinus Encheridion quarto decimo: 'nullo modo falleremur ab aliquo vel animi vel corporis sensu, si iam vera atque perfecta felicitate illa frueremur'. ideo dicunt doctores, quod in statu innocencie rectificasset intellectus iudicium sensus sic, quod non vagaretur errabundus ut modo.

istis premissis patet in primo casu, quod nec deus nec homo debet velle suffragari proximo per mendacium; nec movet, si occasione mendacii bonum accidit, quod est ideo mencendum. sic enim occasione cuiuscunq[ue] peccati bonum accidit. unde apostolus destruit fallaciam huius argucie Rom. tertio: faciemus, inquit, mala, || ut eveniant bona? absit!

duplicitas enim mendacii, cum sit falsitas, est inseparabiliter mala. cum enim nemo salvaret vitam suam

fol. 5rc

3 tulit *B^a* XIII^o codd. 4 *B^b* in marg.: Ali quando errare non est peccatum aut, si est, levissimum est. sic enim Ysaac non incurrebat peccatum putando de Jacob. quod fuit Esau 7 27^o ACD 37^o *B^a* 10 fuit *B^a*

B^b in marg.: tamen omnis error sapit peccatum ad minimum veniale secundum Augustinum Encher. XIV 14 illa ACD ita *B^a* 15 intellecto (? intelleccio) CD 23 3^o sub-
scripsit *A* sub 6^o. quod lineola per numerum ducta delevit
6^o *B^aC* 24 *A¹* in marg. super. fol. 5rc rubr. litteris:
quod non est mencendum pulera multa eveniant *AB^aC*
veniant *D* 25 enim ACD autem *B^a* 26 enim *A*
igitur *B^aCD* *A¹* in marg.: nota nota rubr. litt.

3 cf. <i>ibid.</i> 577	7 v. 20	9 v. 33	10 v. 9
12 cf. <i>Opp. tom. XI</i> 578	23 v. 8		

corporalem dampnando animam, patet, inquit Augustinus in De Mendacio quarto, quod menciens pro vita corporali proximi excedit regulas caritatis, cum false diligit proximum odiendo se ipsum, quod est contra scripturam precipiens tem, quod homo diligit proximum ut se ipsum. ideo, ut dicit Augustinus, summus gradus caritatis est, ut homo det vitam suam corporalem pro vita spirituali proximi, ut Cristus docuit tam verbo, quam opere, sed quod e contra quis det vitam sui spiritualem pro vita temporali proximi vel eciam sui ipsius, excedit omnem regulam rationis, cum cecum sit, cambium dare ad sui deterioracionem, prestancius pro peiori, specialiter, si ex tali cambio perderet utrumque perpetuo.

ad secundum dicitur, quod non est evidencia. ex Is a lie, told in
 15 mendacio provenit quandoque profectus, igitur non est the interest of
 peccatum, dicente Augustino Encheridion duodevicesimo.
 nec ideo ullum mendacium putandum est non esse pec-
 catum, quia possumus aliquando alicui prodesse men-
 ciendo. possumus enim et furando alicui prodesse, si
 20 pauper, cui palam datur, sentit comodum, et dives, cui
 clam tollitur, non sentit incomodum. nec ideo tale furtum
 quisquam dixerit non esse peccatum. sic enim possent
 homines sequendo suas opiniones erroneas nimis per-
 turbare rem publicam, cum non sit opus iniustum vel
 25 peccatum, quin per accidens posset proficere, quia pro-
 verbaliter vere dicitur, quod 'omnia mala prosunt'. sicut
 enim adulterando violatur castitas, sic menciendo viola-
 tur veritas, cum omnis menciens vel operando vel tacendo
 vel loquendo dicit falsum. ideo, ut dicit Augustinus
 30 Encheridion vicesimo secundo, benevolencia menciens

a fellowman,
 a sin?

4 odiendo in exitu corr. A 6 veritatis B^a A¹ in
 marg. miniavit regula caritatis 11 cambium B^a 12 prae-
 stancius in fine corr. A 13 perdet B^a perdat CD
 16 XV^o codd. 30 XV^o codd.

1 cf. Opp. tom. VIII 1765—1766, ubi Aug. rem tangit,
 neglectis verbis a JW^o laudatis; cf. etiam VIII 1450; VII 1446
 5 cf. Matth. 19¹⁹ 6 cf. Opp. tom. XIII 204 11 cambium
 medio aeo intelligebatur ius recipiendi, quod cui per vim
 ablatum fuerit, idem quod repressaliae 16 cf. Opp.
 XI 574 sqq. (res, non verba) 20 cf. ibid. XI 578—579,
 ubi res, non verba ipsa laudata inveniuntur

et non duplicitas sive fallacia est laudanda, talis autem duplicitas et mendacium inseparabiliter consequuntur, nec posset talis duplicitas non esse malum culpe, licet maius bonum quam malum inde eveniat. sic enim ex peccato primi parentis evenit magis bonum mundo quam malum, s et tamen stultum est excusare illud quamvis felix et necessarium, ne omnino sit peccatum vel quod non fuit cavendum.

*The Christian
is never per-
mitted to tell a
lie, not for his
life, or his
welfare, or any
earthly good*

istis premissis dicitur ad formam secundi casus, quod nemo mentiretur quantumcunque levi mendacio pro salvacione vite proprie, vite proximi vel pro salvacione infinitorum mundorum vel alicuius boni possibilis. patet sic: nemo peccaret pro aliquo bono possibili quantumcunque levi veniali peccato, ut suppono ex alibi declaratis, sed in quantum quis mentitur, peccat, igitur conclusio. si enim esset peccandum, tunc peccatum esset non peccatum.

secundo dico, quod cavens mentiri pro salute temporali cuiuslibet creature nec destruit ut sic magis bonum, nec eligit magis malum. cum enim deus sit necessario mercedis retributor, patet, quod cavens a mendacio, cum personalitas et virtutes servantur in anima, non exinde decidit, sed crescit in bono virtutis, cum in ista fide omnes martires passi sunt. nec est color, quod homo peccaret propter bonum nature vel virtutis, quod suspicatur contingere in creaturam extrinsecam, quia hoc excederet temperanciam dei faciendo contra deum, || ut fol. 51d deus benefaciat.

1 non ut duplicitas *D*, *expuncto* ut *C* 2 menda *B^a*, *sed*
B¹ in marg. mendacium *restituit addito* cium 3 magis *B^aC*
4 *B⁴* in marg.: ex peccato primi parentis evenit magis bonum mundo quam malum. et tamen stultum est. excusare illud. quod non fuisset cavendum 5 maius *D* 8 cavendum *AB^a*
peccatum cavendum *CD* 10 *B⁴* in marg.: nemo mentiretur quantumcunque levi etc. *usque ad* boni possibilis 14 veniali
B^aCD, *A* debole priore i 19 et 20 maius *D* 22 non in rasura *B^a*, *iteravit* in marg. *B¹* 25 virtutis quod *B^aCD* inter virtutis et quod *A¹* peccaret. *quod, in marg. add., interici vult suspi B^a, exitus voc. erasus legi non potest; suppl. B¹ in marg.*
catur 26 naturam *D* 27 faciendo om. *CD* *A¹* in marg.
infer. fol. 51c *minimavit* mendacium est contra regulam karitatis et sicut nec futurum a peccato excusat *in marg. super.*
fol. 51d: arguitur. quod non est mencendum in aliquo casu mundi

tercio dico, quod in quocunque casu pertinenti ponibili positus in adopcione ad mencendum vel non mencendum ex lege eleccionis eligeret non mentiri. patet ex hoc, quod non potest esse, quod mendacium s excusetur a malo moris, sed nullum non mentiri est malum moris, quin pocius omne bonum moris est non mentiri, igitur cum omne bonum moris sit magis bonum et per consequens magis eligibile malo moris, negative intelligo; sequitur conclusio. nemo igitur est in lege dei perplexus, ut necessario menciatur, sed vel dicat veritatem consultivam in materia extra fidem vel veritatem fidei, et si mortem subeat, ut fecerunt omnes martires, vel prudenter taceat in materia extra fidem. nec est in casu secundo veridicus reus homicidii, cum mutat instar 15 martirum oculo simplici bonum perpetuum pro bono temporali, ex cuius commercio reponitur in spe restitucio infinitum maioris boni nature pro die iudicii, in qua fide sancti erant martirizati, ut recitat Augustinus Contra Mendacium secundo cap. et patet, quod in nullo casu 20 est mencendum quia non pro salute corporis mencientis vel sui proximi nec pro bono virtutis vel bono increato. idem inquit Augustinus in De Mendacio.

quarto est querere, si mencendum sit pro salute alterius et, si iniquus quis esse debeat, pro salute alterius, 25 quod notum est fore stulticiam incurrire mortem anime pro vita corporis, ymmo ex vi communionis membrorum ecclesie menciens ut sic dampnificaret se et proximum, quod est contra regulas caritatis, quia, ut Augustinus arguit in libro suo Contra Mendacium duodecimo, cum 30 omnis lex dei sit scriptura sacra et veritas, omne autem

*All lying is
against the com-
mandment of
charity*

² ponibili *om.* *D.*, *expunxit A* ⁷ maius *D* ¹⁰ *D*²
in marg.: Nota ¹⁴ numerat (*expunctum*) mutat instar
 martirum *A* mutat iustum marterum *B*^a mutat instar
 martirum *CD* ¹⁹ ¹⁰ *cuncti codd.* ²⁰ non *ACD* nec *B*^a
²¹ vel *AB^aC* in *D* creato *CD* ²² *D*¹ in
marg.: Nota Augustinus ²³ sit *om.*, *sed inter lin. ad-*
didit A si mencendum est *B*^a si mencendum *D*,
*sed D*¹ *addidit in marg.* sit

¹⁸ cf. *Opp. tom. VIII* 1793 ²² cf. *ibid.* 1788; 1767;
 1818 ²⁸ cf. *ibid.* 1810 *sqq.*; 1817

mendacium est contra veritatem et falsitas, omne mendacium est iniqutitas et peccatum. nichil enim iudicandum est dicere, qui dicit, aliqua iusta esse mendacia nec aliqua iusta esse peccata, ac per hoc iusta esse iniusta.

sed quid absurdius dici potest? et supra, cap. *tercio* s decimo, omnino tenendum est in doctrina religionis, nullo modo esse menciendum.

*The patriarchs
of the Old
Test. defended
against the
reproach of
lying*

ultimo dico, quod, sive patres veteris testamenti mentiti fuerunt sive non, exhinc colligitur, quod est quomodolibet menciendum. nam Sara negavit, se risisse, 10 cum audiens de partu Ysaac risit post ostium, Gen. duodecimmo, Jacob dixit patri pro optentu benedictionis, quod fuit primogenitus eius Esau, Gen. vicesimo septimo, obstetrices Egipcie mentite sunt pro salvacione infancium Hebreorum, ut patet Exod. primo, et recitat 15 Augustinus De Mendacio quinto cap. patriarchas autem nititur Augustinus sepe excusare a mendacio, ut patet in libro Contra Mendacium octavo et infra. et veritas est, quoad illa dicta, ad quorum formam fuerant divinitus inspirati, non sunt mentiti, quia autor signorum limitavit 20 eis usum sensus. unde licet homo dicat veritatem ad sensum suum equivocum, dum tamen abutitur signis mentitur. ideo debemus cavere, ne implicite vel explicate intendamus fallere proximos in veritatis percep-

2 enim A inquit B^aCD 3 alia B^a mendacia expunctum A nec D nisi AB^aC 5 tertio decimo scripsi 10^o codd. 8 A¹ in marg. infer.: de mendacio sanctorum in veteri lege, excusacio B⁴ in marg.: hic notatur, quod sive patres veteris testamenti mentiti fuerunt sive non, exhinc colligitur, quod est menciendum. nam Sara negavit, se risisse, cum audiens de partu Ysaac. Jacob dixit patri pro optentu benedictionis, quod fuit primogenitus eius Esau. obstetrices Egipcie mentite sunt pro salvacione infancium Hebreorum. Augustinus nititur excusare patres mendacio quoad illa dicta, ad quorum formam fuerant divinitus inspirati. quia autor signorum limitavit eis usus sensus 12 patri om. A, add. in marg. 16 de AC in de B^aD II^o codd. patriarchas etc. usque ad a mendacio om. A, add. infra ultimam lin. textus A¹ 18 IX^o codd. 21 eos B^a usus B^a 23 A¹D² in marg.: Nota

5 cf. pag. 315 12 v. 11—12 13 v. 19
15 v. 17 sqq. 16 cf. Opp. tom. VIII 1767 sqq.; 1811;
1766 18 cf. ibid. 1802 sqq. cf. ibid. cap. XIII

cione, quia, ut dicit Augustinus in De Mendacio tercio cap.: 'ex animi sui sentencia, non ex rerum ipsarum veritate vel falsitate mentiens vel non mentiens iudicandus est'. ideo, ut dicit, sepe verum enunciando s' mentitur vir duplex animo. et sic intelligitur Augustinus Contra Mendacium tercio cap. dicens 'nullum quidem mendacium est, quod non sit contrarium veritati', et cum solum falsitas opponitur veritati, patet, quod omne mendacium est falsitas et per consequens omne formaliter dictum vel factum criminosi ut sic est mendacium.

et hinc colligitur racio Augustini, quare omne mendacium est peccatum tam ponderandum. si enim licaret mentiri, periret fides adhibenda proximo et autoritas veritatis. quis, inquam, non haberet proximum suspectum in quoconque testimonio, quod dixerit, si mentiri sit sibi licitum, ut Augustinus recitat in libro Contra Mendacium sexto. ymmo cum quilibet confabulans rationabiliter dubitaret, si circumstancia, iuxta quam mentiretur, iam affuerit, foret perplexus ex defectu regule veritatis, quid faceret? ideo dicit beatus Jacobus primo cap., quod vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. quis, rogo, scit, si ex mendacio suo evenit bonum sibi et aliis? et sic, ut Augustinus arguit in De Mendacio quinto, cum fides sit ex auditu et ex credulitate vel fide oritur intellectus, si licaret mentiri, periret sciencia intellectus. ymmo cum deus mentiri poterit, si homo in casu debeat mentiri pro bono, quod deus ordinavit exinde consequi, periret regula infallibiliter credendi deo. ideo, ut dicit Augustinus in De Mendacio decimo 'fracta veritate vel leviter diminuta autoritate veritatis omnia dubia remanerent'. ideo, ut

If one is allowed to tell lies, then faith among men and the authority of truth exists no longer

¹ I^o codd. ³ vel non mentiens paene erasa B^a; om.
D; A, sed addidit inter lineas; C, sed in marg. supplevit C²
⁶ II^o codd. ¹⁷ III^o codd. ¹⁸ quem B^a ²³ eveniet B^a
²⁹ credendo B^a ³⁰ decimo scripsi cum Maurinis
VII^o codd.

¹ cf. ibid. 1764 ⁴ cf. ibid. 1764 ⁵ cf. ibid. 1794
¹¹ cf. ibid. 1789 ¹⁶ cf. ibid. 1766 ²⁰ v. 8 ²³ cf.
Opp. tom. VIII 1786—1787 ²⁴ cf. Rom. 10, 17 ³⁰ cf.
Opp. VIII 1775

dicit, licet in predicationibus et comunicacionibus occultare pro tempore veritatem, mentiri autem numquam, quia, ut dicit cap. vicesimo primo ‘quisquis esse aliquod genus mendacii, quod peccatum non sit, putaverit, decipiet se ipsum turpiter’, quia consequenter concedendum foret, esse peccatum in casu non mentiri et mendacium non defendere. nam si mentiri sit licitum, mendacium defendere foret licitum et per consequens utrumque in casu meritorium.

ex quo videtur, quod Cristus tam secundum deitatem quam secundum humanitatem posset utrumque autorizare et in persona sua perficere.

Even for the sake of his good name man is not permitted to lie

ex istis patet, quod terciam instanciam, quod propter nullam famam servandam mencendum est, ut patet ex prima conclusione et quarta positis in solucione secunde instancie. ille igitur, qui fit infamis quoad deum propter salvacionem fame sophistice quoad homines, que non est fama, sed infamia quoad deum, non salvat famam, sed denigrat, nec movet offendere deum propter bonum, quod inde posset contingere, cum simus certi, quod deus propter abstinenciam a mendacio placatur et per consequens tota ecclesia melioratur atque ut sic ad suffragium divinum magis disponitur. et utinam iudices ac testes in legibus hominum attenderent istam sentenciam cavendo mendacia officiosa! nam, ut dicit Augustinus ²⁰ Contra Mendacium undecimo, mendacia ‘investiganda non sunt ut docenda, || sed ut redarguenda’. fac igitur, ^{fol. 52b} ut expugnata iaceant, que fecisti, ut perdita pateant. sic enim, dum volumus ad indaginem hominum fallacium pervenire, ipsas falsitates non sinemus tamquam insuperata-

³ XV^o codd.

concorditer A

convenienter B^a

22 ac B^aD

26 undecimo scripsi

ut om. B^aD

⁵ consequenter CD, A¹ in marg.

7 B⁴ in marg.: 10 divinitatem B^a

Si mentiri foret licitum, mendacium defendere foret licitum et sic meritorium. et sic Cristus tam secundum humanitatem quam divinitatem posset utrumque autorizare

29 indago = probatio (*Charta Odon. regis, Prob. II Hist. Occ. col. 24*)

¹⁵ cf. supra pag. 25—26; ²⁷ 26 cf.

^{ibid. 1806} ²⁹ *indago* = *probatio* (*Charta Odon. regis, Prob. II Hist. Occ. col. 24*)

biles permanere, cum debeamus pocius in latencium cordibus destruere falsitates quam parcendo falsitatibus inveniri fallaces. non igitur potest esse peccatum in se indicere veritatem, sicut per se est peccatum indicere mendacium. nec potest esse adopcio in fornicacione, in mendacio, nec est possibile, cristianum esse perplexum, ut vel oporteat eum ydolatrare vel mentiri, quia dicere veritatem et pati pro ea mortem, si oporteat, est medium virtuosum. et sic contingit de duobus peccantibus, quod menciens minus malum facit quam ydolatrans. non tamen ex hoc secluditur a peccato.

quoad ultimum additum notandum, quod homicidium et fornicacio possunt vel concretive dicere illos actus, quibus accedit iniusticia, et sic per accidens sunt iniusta et possunt secundum illam rationem cadere sub precepto vel possunt intelligi simpliciter, ut dicunt tales deformitates, et sic non possunt esse sine peccato. mendacium autem secundum omnem rationem sui dicit peccatum, cum dicit deformitatem duplicitatis mentis ad signum.

et sic videtur, quod plus comedanda est mentis castitas, qua declinando mendacium initimur veritati, quam corporis castitas, que non est laudabilis nisi per accidens pro priori. et sic magis viciosum est mendacium quam homicidium, stuprum vel actus extrinsecus, qui non est peccatum nisi propter mendacium intus latens. unde notat Augustinus Contra Mendacium nono, quomodo Loth Gen. undevicesimo optulit duas filias expонendas Sodomitis, ne peccarent in angelos, multo magis cavere debemus, ne pro excusando stupro carnali faciamus divorcium veritatis. nec putemus ex verbis Loth, quod peccandum sit levius ad evitandum peccatum gravius, quia, ut arguit Augustinus, tunc sine limite pec-

*The purity of
the soul is of
greater value
than the chastity
of the body,*

3 potest AB^aC ponit D 5 in ACD et B^a
 10 minus AD unus B^aC 11 tamen ACD cum B^a
 A^a in marg.: nota 16 subintelligi B^a 27 unde AB^aC
 ut D VII^o codd. 31 nec ACD ut B^a

12 cf. quae Aug. tom. VIII 1810 de hac thesi profert
 27 cf. ibid. VIII 1802 (res, non verba) 28 v. 5 sqq.

candum esset, ne gravius peccatum ingruat. sic enim possent peccata invalescere et peccatores minari, quod, si peccata sua detecta fuerint vel reprobata, peccata graviora contingerent, et sic obmutescerent dampnabiliter, qui peccata arguerent. que opinio nimis regnat hodie per multos colores sophisticos palliata. sed cum timor servilis sit excuciendus et malum peccati omissionis non sit faciendum, ut peccatum gravius caveatur, patet arguciarum decepcion. numquam igitur mencendum est, ut peccatum gravius caveatur in tantum, quod iuxta verba Augustini in libro Contra Mendacium cap. septimo 'si aliter omnino non posset educi de cavernis suis heretica impietas, nisi a tramite veritatis ligwa catholica deviaret, tollerabilius illa occultaretur, quam ista precipitaretur. tollerabilius in suis foveis delitescerent wlpes quam propter illas capiendas in blasphemie foveam caderent venatores'.

proved by the instance of Lot and Abraham

ecce, quod non est mencendum propter salvacionem hominis a peccato, ideo iuxta quintam conclusionem in solucione proximi argumenti Loth vel non est mentionis consenciendo fornicacioni filiarum, sed querendo subterfugium peccati vel ex ceca pietate peccando consensit stupro, || non in hoc a posteris imitandus. Abraham vero excusat Augustinus a mendacio in hoc, quod dixit Egipciis, Saram esse sororem suam non negando, quod fuit uxor eius, quod fuit verum ad literam, ut patet Gen. vicesimo. et sic de Ysaac et Rebeca, de quo Gen. vicesimo sexto. Jacob autem, qui ex consilio matris pellibus edorum nuda protexit, ut patet Gen. vicesimo septimo, ad sensum mysticum et propheticum verum dicit, cum locutus est in persona gencium inserendarum propter perfidiam Judeorum. illud igitur semen Abrahe secun-

2 iuvari A (? minari) 11 V^o codd. 12 A¹ in
marg.: Nota bene 21 fornicacionem B^a 23 A¹
in marg. super. fol. 52^c miniatavit excusacio patriarcharum a
mendacio 27 ut patet expunctum D, int. rigas addidit
prima manus de quo

11 cf. Aug. Opp. VIII 1800 19 cf. modo dicta pag. 31
20 cf. ibid. 1802 24 cf. ibid. 1805 (res, non verba) 27 v. 20
28 v. 7 sqq. 29 v. 16 sqq.

dum mores est Esau primogenitus Ysaac, sicut Jacob fuit Esau, id est rubius caritate et primogenitus iure poli. David autem mentitus est primo Reg. vicesimo quinto iurans improvide, quod occideret Nabal, sed peius 5 mentitus fuisset, si cum paribus adimplesset, et sic necessitatus fuit ad peccandum, sicut omnis peccator, cum tamen continue potuit non peccasse. si autem condicione iuraverit, nisi deus illud intimasset, excusari potuit a mendacio. obstetrics autem Egipcie, de quibus Exod. 10 primo, et Raab meretrix, de qua Josue secundo, remuneratur a deo propter bonum de genere et non propter mendacium, ut docet Augustinus in Contra Mendacium quindecimo. ymmo, ut Augustinus arguit cap. duodecimo, dogmatizans, esse in casu mencendum, sub colore 15 veritatis hoc asserit, quia aliter concedendum foret sibi, quod false et male docet et nichil docet. si autem doctor solum est audiendus, quia verum dicit, nullus est audiendus, quia dicit mendacium, et iterum, si castitas non docet, esse fornicandum, et sic de aliis virtutibus, 20 veritas non docet, esse mencendum.

non igitur est in aliquo casu possibili mencendum.

CAPITULUM SEPTIMUM DECIMUM.

Sed adhuc replicatur contra dicta de mendacio. nam cui licet decipere, licet ad mendacium excitare; sed licet 25 decipere, ut patet in principio capituli proximi, igitur

*Did God
deceive
Abraham?*

1 primogenitus Ysaac, sicut Jacob fuit Esau *om. A.*, *ad-did in marg. A²* sicut *A²B⁴D* secundum mores sicut *C* 3 poli (*? possibili*) *A* 5 fuisset *correxit A* esset *B^aCD* adimplesset *ACD* id implesset *B^a* necessita. *sequitur locus rasus non ita magnus, tunc* tus *B^a* 8 illud *AD* aliud *B^aC* 10 quo *D* 12 in de contra *codd.* 13 *XIII^o codd.* 14 esse *AB^aC* eum *D* 16 autem *ACD* 17 docet 17 docet vel dicit *C* 23 *B^a in marg.*: Cap. 16^{um} 17^{um} 24 sed licet decipere, ut patet in principio capituli proximi, igitur licet ad mendacium excitare *om. B^a*

2 rubius = *carbunculus vel lapillus* 3 cf. Aug. Opp. VIII
1803 I. Sam. 25₁₃ sqq. 10 v. 15 v. 11 sqq. 12 cf.
Opp. VIII 1811—1812 13 cf. ibid. 1814—1815 25 cf.
supra pag. 8 sqq.

licet ad mendacium excitare. deus enim decepit Abraham faciendo eum credere, quod occideret filium suum Ysaac, ut patet Gen. vicesimo secundo. unde et Abraham videtur commisisse mendacium in hoc, quod dixit: expectate hic cum asino, ego et puer illic usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos. quamvis autem verum dixit, tamen preter intentum suum, cum proposuit occidere filium suum. et duplicitas, licet verum dicatur, est mendacium. ex qua historia videtur, quod Abraham nedum voluit seducere servos suos, sed et filium suum Ysaac, cum distulit certificare eum de victima: nec potest fingi, quin Abraham credidit ad literam mactasse filium suum, cum aliter fuisse nimia palliatio duplicitatis, quod colligasset Ysaac, ponendo eum in altari super struem lignorum et extendendo manum suam, ut arriperet gladium suum ad ipsum mactandum, nisi ad hoc haberet animum. aliter enim non meruisset audisse, quod messias de semine suo processerit, ut notat apostolus Gal: tertio.

The ethical motive in Abraham's temptation

quantum ad istud dicitur, quod falsum assumitur, cum decipere, in quantum est licitum, sonat in penam peccati || et bonum utile exinde proveniens. licet utique ^{fol. 52d} deo punire peccatorem, et tamen non licet sibi excitare hominem ad peccandum, quia tunc liceret sibi malignando infringere legem suum. licet autem hoc posset, si vellet, ²⁵ verumptamen, si hoc faceret, se ipsum destrueret. unde extendendo terminum concedi debet, quod natura peccabilis potest facere, quod deus non potest, quia mendacium, nullum tamen positivum potest creatura facere, nisi deus prius illud fecerit. sed ulterius, quia callidus ³⁰ posset capere effrene evidenciam ad iniuste decipiendum

¹ A¹ in marg. rubr. litteris: decipere 11 sed om. D;
C, sed prima manus inter rigas addidit 12 quin ACD
 quam B^a 16 suum om. B^a 22 A¹ in marg.
 super. fol. 52d: Nota de Ysaak et Jacob A¹ in marg.
 super. cum sig. marg. rubr. litt.: Condiciones, cum quibus licitum est decipere 25 et 26 hec B^a 26 A¹ in marg.:
 Nota

3 v. 3 sqq. 4 v. 5 14 palliatio deriv. a verbo
 palliare = vestire, metaph. fingere 19 v. 16 sqq.

proximum. ideo notandum, quod oportet decipientem servare in mente. piam intencionem, scilicet ut proficiat suo decepto et in loquela veritatem, licet equivocaverit cum decepto. et oportet tertio, quod habeat autoritatem vel internam mocionem a deo, quod liceat sibi, in penam peccati proximi taliter ipsum seducere, quod iudicabunt conscientia decipientis et opera, que sequntur cum veritate scripture. lucrum autem temporale, quod deceptor sibi perquiret, erit signum depcionis illicite. et sic in iuramentis legitimis debet iurans attendere ad finem, gracia cuius fit iuramentum. debet secundo attendere ad sensum famosum et pertinentem partibus et testibus quoad finem illum laudabilem. et tertio debet mensurare formam iuramenti penes finem et formam talem loquendi. in comunicacionibus autem privatis licet equivocare, quando non intenditur fraus inutilis, sed excutitur instancia utrimque inutilis. utrobique vero debet cristianus logice scripture attendere, quod potissime debet servari in pacto testamenti domini.

tercio vero notandum, quod sancti ex fide scripture eliciunt, Abraham fuisse sanctum, in fide, spe et caritate inter patriarchas precipuum et per consequens oporteret, ipsum habuisse specialem noticiam de Messia iuxta illud Joh. octavo: Abraham, pater vester, exultavit, ut videret diem meum, vidit et gavisus est. tunc dicitur pie ex fide scripture, quod Abraham in isto opere commisit se regimini dei expectans virtuose impulsum spiritus, nec quidquam promisit vel asseruit in isto opere

*and its
messianic
import*

*1 hic signum quoddam marginale reddit, quod respicere
videtur ad notam in marg. super. fol. 52d scriptam Condi-
ciones etc. (cf. pag. 342)* 3 et in loquela veritatem,
licet equivocaverit cum decepto om. A, deceptus voce decepto
in inferiore linea, sed add. A¹ in marg. super. cum sig. marg.
7 conscientiam B^a conscientia C, correctum ex con-
scienciam D 9 perquireret B^a erit ACD e, quae
sequebantur erasa B^a, in marg. corr. B¹ erit 16 in-
utilis AB^aC mentis C 22 oportet B^aC, brevia-
tura omissa 27 regimini AC, corr. in fine D regi-
num B^a, sed in marg. B¹ regimini corr. 28 B⁴ in
marg.: dicitur, quod Abraham nichil promisit vel asseruit in
isto opere nisi subintelligendo usque ad virgine

nisi subintelligendo divinum beneplacitum, sicut dicitur de beata virgine, quam aliqui contendunt fuisse deceptam.

ideo Abraham temptatus est a deo secundum gradum multiplicem, ut tolleret filium, non alienum, sed suum, non quem de adventicia uxore genuit, sed unigenitum de Sara, non quem parvipendit, sed quem ratione gracie promissionis et miraculose generacionis singulariter diligit, et de quo singulariter speravit risum atque leticiam, quia Ysaac. et demum annectitur magis terrificum, cum offerret eum mactandum super montem distantem et incertum.

*Abraham,
proved in faith-
ful obedience,* virtus autem theologica Abrahe ex hoc ostenditur, quod statim sine dilacione surrexit de nocte, ut opus suum foret occulcius et a distraccione elongacius. || under, fol. 53a ipsem stravit non dextrarium, non mulum, non multitudinem iumentorum, sed asinum, nec assumpsit secum multitudinem vernaculorum, sed duos iuvenes et filium ymolandum. nec fuit momentanea ista temptacio, sed triduana assistente continue obiecto amato, quod retrahet a complectione precepti dominici, sicut et labor tantus in invio.

unde considerans caritatem Abrahe in spe facientis tanta pro Christo, antequam gustavit suam gratitudinem passionis et fidem particularem, quam habuit de Christo 25 tante futuro, nostram quoque desidiam ingratam contra Christum, quem videmus et cuius suffragium sentimus de preterito in carta tam publica scripturarum, confundor nimirum in me ipso, cum nedum non ymolo pro amore suo filium naturalem, sed nec bonum opus de genere 30 nisi raro, quod foret michi delectabilius quoad corpus et animam quam opus diaboli, quod nimis sepe committo

2 fuisse *AB^aC* esse *D* 6 sed *ACD* scilicet *B^a*
 15 *A¹* in marg. sup. rubr. litt.: Obediencia Abrahe 16 dexterium vel mulum *B^aD* 18 iuvenes *B^aCD*, *A prima manus* in marg. cum sig. marg. corr. filios *A* in textu
 20 autem assistente *B^a* continuo *D* amato *ACD* a malo *B^a* 24 pro cristo *AB^aC* proximo *D*
 29 *D²* in marg. add.: humilis confessio

6 cf. Gal. 4,23 sqq. 16 dextrarius vel dexterarius idem ac equus maior et cataphractus

nec caveo plene a culpis, ex quarum commissione incido eciam hodie in penas multiplices. sed scio, quod oportet, illum sanctum patriarcham, qui fuit futurus exemplar Judeis et gentibus, ut dicit apostolus Gal. tercio, in fide excellere, cum non fuit conscientia ex defectu conversationis sancte nec discredit promissioni, quam deus promisit precipiendo, quod egredieretur de cognacione et faceret eum crescere in gentem magnam, Gen. duodecimo. ideo nimurum precellebat in spe et caritate ac substernens pompam et curam seculi in oracione continua et casta conversatione gaudebat continue de adventu messie. scio iterum, quod oportet nos in laborem eorum introire et omnino similari capiti, si volumus efficaciter salvati, quia sicut credentes in sponsum de futuro currebant in odorem ungentorum suorum, ut dicitur Cantic. primo, sic oportet nos in misericordia uberiori currere post eum et priores eius iuvenulas imitari.

the typical model for all believers

sancti igitur, qui scripturas sacras et raciones de statu ecclesie profundius studuerunt, eliciunt, quod vita istorum patriarcharum fuit statui innocencie propinquior nostroque sancctorum et sic, ubi non oportet, non accusarunt eos de crimen, sed e contrario excusarunt specialiter in hiis, que debent esse nobis principia exemplaria operandi. cum igitur licet nobis loquendo veritatem, ut debemus, equivocare cum proximis et sic esse occasionem, ut male intelligentes in penam peccati sui decipientur, ut sepe patuit de Christo, que necessitas concedendi, quod sanctus Abraham mentitus est dicendo veritatem, quod ipse et Ysaac reverterentur ad eos, cum scivit, quod in die iudicii reverterentur! non igitur habuit intencionem fallendi sicut nec oportet, quod intencionem decipiendi

3 futuris <i>B^aC</i>	exemplaris <i>B^a</i>	11 continua <i>ACD</i>
confecta <i>B^a</i>	15 suorum <i>om. D</i>	17 iuveculas <i>B^a</i>
<i>compendio neglecto</i>		19 <i>A¹ in marg. infer. cum sig.</i>
<i>marg.</i> : excusacio Abrahe a mendacio		30 revertentur <i>B^aD</i>
31 revertentur <i>B^aD</i>		32 sicut nec oportet, quod intencionem
decipiendi per haec verba <i>A</i> lineam rubram duxit, quam		postea atramento expunxit
		ne <i>D. inter lin. add. c. ut nec</i>
		<i>efficiatur</i>

sed intencionem utrobique proficiendi, cum voluit ad honorem dei et utilitatem omnium sine resistencia hoc percipiencium filium proprium occidisse. nec obest, ipsum subisse penam depcionis a deo, quia sepe peccavit amplius, quam fuit satisfaccio tante pene. || unde 5 fol. 53b Augustinus secundo Retractacionum vicesimo secundo cap. probabiliter credit de Abraham, quod credidit, 'filium suum, si occisus fuisset, mox resuscitacione sibi fuisse reddendum' et sic credit, eum ignorancia fuisse pie deceptum, sicut sepe contingit sanctis patribus. verumpat tamen talis fides falsa non ut falsa est causa salutis, licet pie pati tales decepciones sit meritorium, sicut faciunt devoti subintelligentes in suis actibus, quod sic volunt facere, nisi evidens eis fuerit, quod deus aliter ordinavit.

Holy Scripture gives the account of, but does not approve of sins and lies

nec potest talis esse fides catholica, nec quis intrare 15 beatitudinem in illa fide. et sic manet scriptura utrobique vera, nec non est omne mendacium illicitum, licet scriptura vere recitat, plurimos culpabiliter mentitos fuisse. unde perinde est ex talibus factis inducere, quod mentiri sit licitum, ac si argueretur, peccatum diaboli, 20 peccatum Adam et peccatum Jude sint licita, cum scriptura ipsa recitat.

ex quo ignoranter concluditur, quod sunt multa mendacia in scriptura. oporteret autem docere, quod scriptura recitat huiusmodi mendacia et non reprobat, 25 sed comendat. quo docto per impossibile fatebor cum hoc docentibus, quod scriptura sit sibi ipsi contraria. quamvis enim deus equivocavit cum Abraham de oblatione Ysaac, sibi precipiens faciendum, tamen Abraham meritorie condescendit sensui prime scripture offerens 30 filium secundum formam et ordinem, quo precepit. si igitur tantus patriarcha condescendit sensui scripture, quanto magis nos filii plus instructi! non enim licet,

9 credit <i>B^a</i> , (?) <i>C</i>	14 eius <i>B^a</i>	21 peccatum	
<i>(praecedens</i> Adam) <i>B^a</i> iteravit	28 oblatione <i>AB^aC</i>		
immolacione linea del. <i>D</i> , in marg. prima manus oblatione			
restituit	29 sibi <i>ACD</i>	sic <i>B^a</i>	30 condescen-
ditur <i>B^a</i>	32 igitur <i>ACD</i>	autem <i>B^a</i>	

5 cf. Opp. tom. I 57

nos equivocare in iuramentis extraneando a populo,
multo magis non debemus extraneare in sensu a domino.

redeundo igitur ad sensum scripture propositæ potest
preter sensum literalem expositum ex ipsa elici alias
5 duplex sensus.

primo intelligendo iuxta seriem historie ad sensum allegoricum, quod deus pater eterno consilio allocutus est verbum suum, qui est pater multarum gencium, cum sibi dicitur Ps. secundo: postula a me, et dabo tibi gentes, ut tolleret humanitatem assumptam, que fecit nobis risum, cum per unionem ypostaticam sit facta, unigenitus filius patris et redemptor humani generis. ipse igitur stravit asinum assumendo in nocte ignorancie ex peccato naturam humanam ex gentibus et Judeis et 15 illam secundum speciem duxit secum tribus temporibus, scilicet tempore ante legem, tempore sub lege et tempore gracie. utrobique autem duxit secum duos iuvenes, scilicet sacerdotes et prophetas, qui non potuerunt hominem semivivum redimere. sed viso tercio die monte Calvarie, qui fuit procul tempore Johannis, usque ad quem fuerunt lex et prophete, expectarunt hii duo iuvenes cum humano genere.

ad quem sensum potest exponi illud Luc. tredecimo: ecce, demonia eicio et sanitates perficio hodie 25 et cras, et tercia die consumor. fuit enim triennio

3 D¹ in marg.: sensus allegoricus oblationis Ysaac C²
in marg.: Nota expositionem inmolacionis Ysaac 6 B⁴ in
marg. notavit secundum sensum allegoricum deus pater eternus
consilio allocutus est verbum suum, qui est pater multarum
gencium, vel humanitatem assumptam, que fecit nobis risum. ipse
igitur stravit asinum assumendo in nocte ignorancie ex peccato
humanam naturam ex gentibus et Judeis et illam secundum
speciem duxit secum tribus temporibus, scilicet tempore ante
legem, tempore sub lege et tempore gracie, et duxit secum
duos iuvenes, scilicet sacerdotes et prophetas, qui non potuerunt
hominem semivivum redimere. sed viso tercio die monte cal-
varie, qui fuit procul tempore Johannis, usque ad quem lex et
prophete, expectarent hii duo iuvenes cum humano genere, ad
quem sensum potest exponi illud Luc. tredecimo: ecce, demones
eicio A² in marg.: allegorice 7 dicitur (expunctum)
deus D 21 fuerint (?) AB⁴

peragrans versus montem Calvarie cum sua humanitate
cessante veteri sacerdocio et prophetis. colligavit || autem fol. 53c
pater noster humanitatem suam super altare dicti montis
et super ligna ligata ignem caritatis supposuit, mai-
orem autem caritatem nemo habet, quam ut tacitus
ponens animam pro inimicis rogaret patrem
illis ignoscere. pater autem noster non potuit istum
secundum deitatem occidere, sed vidit post deitatem
suam humanitatem suam herentem spirituali potestate
inter peccatores paratam mactari pro puer. ipsa quippe 10
humanitas secundum exposicionem beati Augustini fuit
corpus et anima, posteriora dei, que Moysi permissum
est videre Exod. tricesimo tercio. illam igitur mactavit
pro puer rediisque cum eo et cum duobus iuvenibus
extractis ab inferis ascendit ad consorcium ecclesie tri- 15
umphantis cum iubilo.

A tropological interpretation of it

sensus autem tertio tropologicus debet notari a quo-
libet cristiano, ut ipse animatus a verbo divino et patri-
archa suo Abraham cum similibus eorum pugilibus. notet
primo, quomodo deus temptat eum duplicit vocando 20
intrinsecus interna inspiracione et extrinsecus scripture
sacre comunicacione, ut tollat naturam corpoream, que
est sibi propria et quam secundum apostolum diligit a
natura, que bene Ysaac dicitur, quia castigata secundum
regulas scripture per animam facit personam ridere in 25
die novissimo. homo autem interior debet esse Abra-
ham, quia multas gentes ex sua sancta conversacione ad
Cristum spiritualiter procreare. debet autem celeriter
post temptationem istam duplicem in nocte ignorancie

1 peregrans *A* 2 *A*¹ in marg. super. fol. 53c minia-
vit exposicio super filia (?) Abrahe 3 dicte *B*^a 4 lig-
tam *codd.* 5 tacitus *AD* tantus *B*^a, corr. *C* ponat *D*
7 istum *A* puerum istum *B*^a*D* puerum istam *C*
12 promissum *B*^a per illum expunxit *A*, in marg. add.
permisum 13 igitur *AB*^a*C* sic *D* 15 ascendit
om. *B*^a*D*; *A*, sed in marg. add. 17 *D*¹ in marg.:
Sensus moralis *C*² in marg.: alia exposicio moralis eius-
dem 22 comunicacione scripti; quid brevitura scri-
barum velit, diiudicare non ausim

5 cf. Joh. 15,13 13 v. 20—23 21 cf. Opp. III 615 sqq

iumentum nature corporee instrumentis virtutum sternere et omnino duos iuvenes secum assumere, scilicet simplicitatem columbinam et prudenciam serpentinam secundum doctrinam Cristi Matth. decimo. cons stat autem philosophis, qui neverunt agregata per accidens, quomodo natura corporea, cui insidet homo interior ut iumento, est prior natura quam ipsa, habet simplicitatem columbinam aut prudenciam serpentinam. ideo omnia talia agregata per accidens distingwuntur.

10 debet iterum viator peregrinari triduo vite sue gracia spiritus sancti ducente eum continue, ita quod prima dies sit tempus iuventutis, quo meritorie patitur penam ex natura instabili prevaricacione primi hominis. secunda vero dies sit media etas, in qua cum discrecione assumat sibi voluntariam penitenciam, iumentum suum ad meritoriam subiectionem anime castigantem. tercia vero dies sit ultima etas, in qua primo contemplacioni deditus videat montem a longe et, dimissis simplicitate et prudencia conversandi cum hominibus quoad mundum, 20 ascendat cum munda natura corporea ad alciorem gradum sapiendi celestia ligetque hominem vite naturalis super struem temporalium omninoque deferat secum ignem caritatis gladiumque spiritus, quod est verbum scripture, cum quibus mactet insolentem hominem 25 temporalibus retardativis tamquam veribus inherentem. et sic homo interior redibit ad maturum consorcium cum glorificata || natura corporea. et sic vere dicit Cristus Luc. quarto decimo, quod *omnis*, qui non odit temporalia et naturalia eciam usque ad animam, non 30 potest esse eius discipulus, et per consequens necesse est, omne membrum ecclesie passibus proporcionalibus sequi Cristum, quia aliter indubie non ascendet in celum

fol. 53d

4 10^o *indistincte scripsit A, iteravit in marg. aliquis*
 20 *munda AB'C natura cor (expuncta) nuda D 22 om-*
nino quod B' 30 quae inter consequens et omne ex-
stiterunt in cod. A tinctura quadam sunt offuscata, ut legi
vix possint; qua de causa in marg. add. aliquis necesse est
omne

4 v. 16 23 cf. Eph. 6, 17
 febribus, ni fallor 28 v. 33

25 veribus *idem ac*

cum capite, nec habitabit cum sociis Bersaboe, id est fontem scaturientis vel puteum saciantem, cum veritas dicat Joh. duodecimo: qui voluerit animam suam salvam facere, perdet illam. sic igitur literatissime partes scripture secundum talem formam signanter sunt posite, quod alludunt ad sensum literalem vel mysticum cuiuslibet veritati scripture, cum singule sint connexe. non igitur est in tam claro speculo mendacium, falsitas vel directe decepcion.

*Can a lie
be justified by
the attendant
circumstances?*

secundo obicitur, quod licet mentiri primo per hoc, quod aliquod mendacium ex circumstancia potest excusari a gravedine peccati. cum igitur tale mendacium non sit infinitum grave peccatum, videtur, quod per crementum circumstanciarum bonificiendum in infinitum potest tolli simpliciter malicia mendacii, ut omnino sit lictum. secundo confirmatur ex dicto beati Gregorii posito in Decret. quinta dist. dicentis, quod 'bonarum mencium est, ibi culpas suas agnoscere, ubi culpa non est'. tercio confirmatur ex dicto baptiste Joh. primo negantis propter humilitatem, se esse prophetam, quod manifeste est, ut inquiunt doctores nostri, mendacium fuisse. quarto confirmatur ex testimonio doctoris Bonaventure super tercio Sentenciarum dist. tricesima octava quest. sexta, ubi tenet, quod licet in casu mentiri.

1 bersabee <i>B^aCD</i>	2 sacerditem <i>B^aC</i>	7 sunt <i>B^aC</i>
14 beneficium <i>B^a</i>	bonum faciem <i>C</i>	17 dicen-
<i>tis om. D; A, sed add. A² in marg.</i>		<i>21 manifestum <i>B^aC</i></i>
23 bo. <i>quae sequebantur erasa B^a</i>		<i>dist. om. B^a</i>

2 puteus i. e. fons, cuius aquae aegrotantibus vice medicinae erant 3 v. 25 10 secundo: cf. ingressum capitii, supra pag. 33 16 C. J. C. I (Decr. I pars) c. 4 Dist. V pag. 9 19 v. 20 23 S. Bonaventura (Johannes Fidanza), natione Etruscus, Doctor Seraphicus a posteris appellatus, Ordinis Minorum Generalis, Episc. Albanensis, per breve tempus Presbyter Cardinalis, natus a. 1221, interfuit concilio Lugdunensi et post eius primam sessionem diem suprem. obiit a. 1274. adscriptus est Sanctis a. 1482, Doctor Ecclesiae a. 1587. multa de eo Waddingus in lucem edidit cum in Biblioth. Fratr. Ord. Min. tum in Annalibus, variis in locis ab a. 1221—1482, cui Rainaudus, Possevinus, Bellarminus, Caveus et Domin. de Colonia (Hist. Litt. Lugdun.)

quia autem iste evidencie cum eis similibus movent modernos doctores nedum ad dicendum, quod scriptura sacra est ut plurimum falsa, sed manifestum mendacium, ex quo secundo concludunt, quod mentiri sit licitum s vel propter humilitatem vel propter pietatem vel propter aliam circumstanciam deo acceptam. tertio vero dicunt, quod tales veritates non sunt populo predicande, sicut probabile est, ut inquiunt, secundum doctores catholicos, quod omnes cristiani erunt salvati et tamen hoc non est predicandum.

*The modern
doctors call
Holy Scripture
an open lie, but
forbid that to
be preached
openly*

ideo contra tales errores debet totus christianismus insurgere et specialiter dominus papa gerens in ecclesia vicem Cristi, ne lolium crescens inter segetes et specialiter in universitatibus, a quibus debet sapiencia fidei exahauriri, plebeis obnubilet fidem Cristi, et post eum episcopi gerentes vicem apostolorum sicut et omnes alii sacerdotes gerentes vicem discipulorum, ut dicitur vice-sima prima Dist. 'In novo'. episcopi autem, licet non in persona propria sciant vel non vacet eis propter curam pastoralem, quam super populo suo gerunt, impugnacioni scolastice talium errorum intendere, debent tamen ad illud officium doctores sacre pagine fovere et ad hoc, si oportet, de necessariis providere, ymmo totus mundus, sicut debet militare sub disciplinatu Cristi, sic debet veritatem scripture concorditer confiteri et Cristum in veritate legis sue testando defendere dicente veritate in sermone

*All christians,
above all the
pope and the
University,
should solemnly
protest against
those slanderers*

5 propter (<i>tertium</i>) <i>om.</i> <i>B^aCD</i>	11 totus <i>AB^a</i>
omnis <i>CD</i>	13 non <i>B^a</i>
19 vices <i>B^a</i>	sicut et
omnes alii sacerdotes gerentes vicem discipulorum <i>om.</i> <i>A</i>	<i>CD</i> , (? <i>talem</i>) <i>B^a</i>
19 vident <i>A</i>	21 talium <i>CD</i> ,
suo <i>om.</i> <i>B^a</i>	(?) <i>talem</i> <i>B^a</i>
talia <i>A</i>	24 discipulatu <i>B^aC</i>

succedebant. opera eius omnia publici iuris facta sunt cura Const. Sarnani, Angelo Rocca et Franc. Labata, Romae 1588—1596 et nuper ex recensione Migne. ego usus sum editione, quam eximia cura et subtilli studio adornavit Collegium P. P. a. S. Bonav., Quaracchi 1887, tom. III Comm. in IV l. Sent., ll. III dist. 38 pag. 834: si autem probabiliter, quod per mendacium possit declinare stuprum, sanius consilium est isti aliquod falsum dicere quam correptionem illam sustinere sqq.; cf. paulo infra: ad illud, quod ultimo quaeritur sqq. 17 C. J. C. I c. 2 Dist. XXI pag. 69

|| finalis licencie, quam cepit de suis discipulis, ut vel sic ^{fol. 54a} signancius in eis imprimat officium eorum precipuum. eritis, inquit, michi testes in Jerusalem et in omni Judea et Samaria usque ad ultimum terre, ut patet Act. primo. testes inquam consequenter, ut sufficiunt Christo conformiter conversando, veritates testamenti sui concorditer predicando et adversarios veritatis fidei cum modestia impugnando.

*But the
bishops fight
those who
preach evan-
gelical truth*

ex quo patet, quod, si episcopi nostri non solum non protegunt, sed retardando impugnant doctorem evangelice veritatis, nedum sunt velatores precipui sacerdotalis officii, sed manifesti discipuli anticristi, dicente Decreto undecima quest. tercia, 'quicunque', inquit, 'contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum et patrem omnium exacerbat deum, propter quod et vita carebit'. et est ¹⁵ dictum beati Petri in ordinacione Clementis. et illud periculum pronosticat beatus Gregorius vicesimo Mora-²⁰ lium cap. vicesimo nono dicens, quod nedum ipsi, qui sunt nominetenus in ecclesia tempore persecucionis, ipsam deserunt, sed perversi in sensum plus reprobum conantur ²⁵ a sancta matre ecclesia 'vitam fidei scripture evertere et ante omnia verbum predicacionis ab ea tollere'. unde sicut principes sacerdotum cesis apostolis preceperunt eis, ne docerent in nomine Christi, ut patet Act. quinto, sic reprobi predicatorum legis Christi constringentes ²⁵ premunt, et iter vocis veritatis omnino claudere machinantur, sed 'electi', inquit Gregorius, 'persecucionis talis tempore paraciores sunt mori quam tacere'. a tali igitur persecuzione libera nos, domine.

5 consequenter ACD	quantum B ^a	ut om. B ^a D;
<i>A, sed add. in marg.</i>	11 A ¹ in marg. super. miniatavit	
qui contristat veritatis doctorem, graviter peccat	viola-	
atores ACD	15 propter omiserunt ACD	17 II ^o
coda.	D ² in marg.: Nota Gregorium	18 nono
scripsi cum ed. Migne	22 ^o codd.	precepit B ^a

5 v. 8	13 C. J. C. II c. 12 C. XI q. 3 pag. 646
17 cf. Opp. Ser. I 76 pag. 173	25 v. 40

primo igitur tollam istos quatuor obiectus, deinde obiciam contra preconizatam licenciam mencandi.

ad primum concedo assumptum, quod mendacium potest excusari a gravedine peccati, nonne omnino non sit grave peccatum, sed ne tantum gravet, sicut gravaret, si cum paribus circumstancia bonificans non adeat. et patet, quod argumentum ulterius non procedit. nam iuxta hanc evidenciam sequeretur, quod licet cuilibet cristiano peccare mortaliter, cum notum sit, quod bona de genere facta a peccante mortaliter eciam prescito excusant in parte cum ratione ignorancie vel boni facti de genere, non tam graviter puniretur, quam graviter illis subductis ceteris paribus puniretur, dicente apostolo prima Thym. quinto, quod de blasfemia sua consecutus est misericordiam, quia ignorans fecit. sicut igitur peccatum mortale non potest verti in non mortale, quantumcunque circumstancia allevians apponatur, sic est de mendacio, dicente Augustino in libro Contra Mendacium cap. duodecimo 'nichil iudicandus est dicere, qui dicit, aliqua iusta esse mendacia nisi aliqua iusta esse peccata ac per hoc aliqua iusta esse, que iniusta sunt'. quo quid absurdius dici potest? manifestum autem est, si mentiri sit licitum, tunc mendacia || forent in casu iusta ac meritoria, cum mendacium iuxta sic dientes non nisi per accidens est peccatum.

^{fol.54b} quoad secundum argumentum fundatum in dicto beati Gregorii dicitur, quod dictum illud potest tripliciter

If a lie be anything permissible or excusable, then it may be called a good and meritorious work,

1 primo igitur tollam istos quatuor obiectus *om. C, add.*
^{in marg. prima manus} 2 licenciam *AB^aC* senten-
 ciam *D* 3 *A¹* in marg. *infer.* cum sig. marg. *miniavit*
 nulla circumstancia facit ex mendacio non mendacium 5 non
(expunctum) sit *A* 7 et *ACD* ut *B^a* 10 eci-
 am *AD, C² int. lin.* et *B^a* in *C* 12 *D² in*
marg. eum notavit, sed quid sibi velit hac notatione nescio
 12 punietur *B^a* 15 ignoranter *B^a* 17 substantia *B^a*
 26 *A¹* in marg. super. *miniavit* quomodo est intelligendus
 Gregorius: Bonarum mencium est ibi culpas (?)

1 quatuor obiectus: cf. supra pag. 42: secundo obicitur *sqq.*
 14 *I. Tim. 1,13*

sane intelligi, primo modo, ut pie mentes sepe confitentur, se commisisse peccata et habere impresenciarum eorum vestigia, licet contricione quantum ad reatum totaliter sint deleta. si enim contritus confitetur peccata commissa et dimissa non dicendo, quod nunc sit illis criminibus irretitus, sed quod talia commisit, postquam ultimo est confessus, et adhuc manet gravis peccator, ideo humiliter subicit se sacerdoti et sancte matri ecclesie acceptans devote iniunctam penitenciam salutarem. aliter enim oporteret quemcunque vere penitentem peccata sua mendaciis expurgare, tum enim oportet, ipsum confiteri ante confessionem. et iuxta hoc quidam devoti faciendo opus supererogacionis post contritionem et peractam penitenciam confitentur sepius diversis confessoribus eadem peccata, cum huiusmodi verecunda dolorosa et humilis confessio sit meritoria replicanti, non dicenti, se nunc esse reum illis criminibus, vel quod numquam confessus sit eadem, sed quod illa commisit et timet sibi, quod confessio et penitencia iniuncta non sint omnino pene purgatorii exclusiva. hoc nempe stat cum plena fide de remissione criminis quoad culpam. est autem logica beati Gregorii et scripture, restringere nunc tempus verbi de presenti, de preterito et futuro et secundum illam restriccionem verbum ipsum distribuere vel negare, nunc autem verbum tale extendere. sic igitur videtur dicere, quod post peccatum dimissum remainet quedam penalis indisposicio ad laudem dei licitam in nocentibus tardativa.

1 B⁴ in marg. notavit Nota. quod pie mentes sepe confiteantur se commisisse peccata et habere vestia (*sic*) eorum, licet contricione quantum ad reatum totaliter sint deleta, non dicendo, quod nunc illis criminibus sit irretitus, sed quod talia commisit et adhuc manet gravis peccator. sed absit, ex isto credere vel quod decretum vel sancti doceant, quod sit humiliter mencendum dicente decreto autoritate Augustini 22 q. 2^a: cum humilitatis causa mentiris. non erras 4 sic Bⁿ 14 peactam Bⁿ omisso r 15 confessoribus *in corr. A* verecunda dolorosa et *AD* verecunda dolorosa et *C* peccata dolorosa verecunda et *Bⁿ* 17 dicente *Bⁿ* 20 pene *in fine corr. A* 23 presenti *exitus vocis correctura quadam laesus Bⁿ*, *in marg. add. B¹* senti et de presenti et de futuro *Bⁿ* 27 licitam *om. A, add. in marg. A²*

unde sequitur in textu Gregorii pro causali, quia 'sepe sine culpa agitur, quod noscitur ex culpa'. pium itaque est, cristianum cum centurione cognoscere, quod propter indispositionem ex peccatis preteritis fuit indigens assumere sancte communionis misterium. sed videtur Decret. libro tertio De Ieiunio capitulo 'Consilium' expōnere hoc sic, quod 'bonarum mencium est timere peccata, ubi peccata non sunt'.

secunda responsio dicit, beatum Gregorium intelligere per agnoscere culpam confidentem reputare se culpabilem, quia secundum Lincolniensem De Octo Signis Humilitatis hoc est quartum, cum quis reputat se omnium iustorum minimum et venialiter peccatorum maximum, iuxta illud Luc. quarto decimo: cum invitatus fueris, vade et recumbe in novissimo loco. quod dictum non debet intelligi carnaliter de nupciis corporalibus, de quibus fuit Cristo modica cura tradere facesiam, nec foret doctrina sua, si sit generalis ad propositum, sed convivarum carnalium turbativa. ideo debemus credere, quod loquitur de nupciis sponsi ecclesie, ad quas vocatus vere humiliis reputat se omnium vocatorum novissimum, cum enim reputare sit cum formidine renitente putare et omnia, que fuerunt vel erunt, sint deo presencia, patet, quod quilibet nostrum, cui non sit specialis revelacio || de sua predestinacione, debet simul se reputare omnium iustorum secum conversancium minimum et omnium peccatorum secum conversancium maximum. cum enim ignorat, quid ei accidet in futurum nulli con-

Even 'lying in all humility' is against Holy Scripture

5 *B¹ in marg.*: Nota 10 repugnare *B^a* se esse *D*
 12 *B⁴ in margine*: secundum Lincolniensem hoc est quartum
usque ad facessiam. ideo debemus credere *usque ad* reputat se omnium vocatorum vocatorum (*sic*) novissimum 13 iustorum corr. *A* 16 dictum om. *B^a* 18 si *B^aCD* sit *A*,
sed t linea per litteram ducta deletum et sic si restitutum
 25 *A¹ in marg. super. fol. 54c miniatum* quomodo recumbendum est in novissimo loco reputare om. *A*, int. lin. add. *A²*

3 cf. Matth. 8s. 6 C. J. C. De Cons. Dist. III et V
 pag. 1353 sqq.; 1413 sqq. 11 Tractatus De Octo S. H. nec
 inter edita nec inedita opera Roberti exstat; cf. Fabricius,
 Biblioth. lat. med. et infim. aetal. VI 292 sqq.; conferri
 hac de caussa non potuit 14 v. 10

fratri debet in iusticia se preferre simpliciter, sed opinari humiliter, se esse, si deo placuerit, novissimum salvandorum. et cum fuit magnus peccator omniaque peccata preterita sunt pro suo tempore nec delentur simpliciter nisi in predestinato, debet reputare, se esse omnium pre-⁵ destinatorum maximum peccatorem, eciam licet non reputet, se nunc esse in quovis crimine, quia ignorat gravedinem peccatorum in fratribus, sicut ignorat, quantum deus nunc odit ipsum propter ingratitudinem, quam sibi faciet in futurum. nec debet cadere in desperacionem ¹⁰ vel appetere suam deterioracionem propter talem reputacionem, quia debet firmiter credere et sperare, se esse predestinatum, sed cum formidine de custodia perseverancie. insuper, qui sic reputat, se esse omnium predestinatorum novissimum, desiderat caritative omnes predestinatos alios ¹⁵ supra gradum, quo ipse proficit in quibusunque bonis proficere, non gaudendo de sua tarditate, sed de aliorum promocione. et sic per illum gradum humilitatis abstergendo presumptionis putredinem, limpidoque livorem invidie facit sibi lucrum profectum quemlibet alienum, dum ex ²⁰ vi communionis et vera humilitate ac caritate habet in aliis, quidquid ipsi possident in se ipsis. et ille, qui secundum doctrinam Cristi vadit instantissime operando et recumbit in novissimo loco, se minimum reputando, de quanto se sic virtuose humiliat, se exaltat. ²⁵

*and the
Decretal as
well as the
Saints disap-
prove of it*

sed absit ex isto credere, quod vel Decretum vel sancti doceant, quod sit humiliter mencendum, dicente Decreto sub autoritate Augustini vicesima secunda quest. secunda: 'cum humilitatis causa mentiris, non eras peccator, antequam mentireris, menciendo efficeris, quod evitaveras, ³⁰ veritas in te non est, nisi ita te dixeris peccatorem, ut eciam esse cognoscas. veritas autem ipsa est, ut, quod

3 maximus *B^a* 6 eciam *AC* 13 sed *ACD*
 et *B^a* 15 caritative *prima vocis pars paene erasa B^a*,
 add. *B¹* in marg. tative, *quod vix dignosci potest* 19 invidie
 (sequitur lacuna) sibi lucrum *B^a* 20 perfectum *D* 21 una
 (expunctum) et *A* 29 *A¹* in marg. miniatum contra ex
 humilitate mencientes 30 antiquum *B^a*

est, dicas. nam quomodo est humilitas, ubi regnat falsitas?

item Gregorius: 'incaute sunt humiles, qui mendacio se illaqueant'; item Augustinus super Joh. Omelia: 'non ita caveatur arrogancia, ut veritas relinquatur'.

ex istis dictis sanctorum, que Decretum recitat, manifeste convincitur, quod nemo debet mentiri propter humilitatem, sicut nemo potest peccare propter virtutem.

ad tertium dico, quod manifestum est ex fide scriptura, baptistam negantem, se esse prophetam, non in hoc commisisse mendacium, quia per idem tolleretur equivocatio de Helia et de quocunque, quod scriptura exprimit ad sensum equivocum. et sic autor scripture Cristus foret mendacissimus, sicut maior pars scripture sue foret blasphemum mendacium. nam coloracius foret confessio Johannis vera, qua confessus est, se non fuisse Heliam, et assercio Cristi falsa et impossibilis, qua dixit: si vltis scire, ipse est Helias. non enim est fingendum, quod Cristus equivocavit in nomine Helie, quin per idem sanctus baptista equivocavit in nomine prophete, specialiter cum novit canticum patris sui de ipso scriptum: tu, puer, propheta altissimi vocaberis.

Did John the Baptist tell a lie when he said: I am not a prophet?

Christ's testimony for him

fol. 54d igitur cum hereticum || sit exponere scripturam sacram aliter, quam spiritus sanctus flagitat, sanctique doctores affirmant concorditer, quod Cristus et preco suus equivocarunt, non in istis sibi ipsis contrarii, periculose videtur tollere de scriptura hos sensus equivocos.

3 *D in marg.*: Gregorius 4 *inter omelia et non ACD lacunam exhibent* 5 *B³ (?B⁴) in marg. iteravit* nemo debet mentiri usque ad virtutem 8 potest *AD* debet *B^aC¹⁰* negans *B^a* 16 *inter confessio et vera B^a lacunam exhibet, quam B¹ expleri vult addito in marg.* Johannis 17 *qua AC quia B^a qui D* 17 *qua dixit corr. A* 18 *qui dicit B^a* 18 *enim om. D; C, sed add. in marg. C¹⁹* equivocum *B^a* 23 *A¹ in marg. super. fol. 54d: Equivocatio Cristi cum baptista* 25 *B⁴ in marg.*: Notatur hic, quod Cristus et preco suus equivocarunt 26 *contrario B^a*

4 cf. Opp. tom. IV (Tract. in Joh. Evang. XLIII pag. 8) 778
17 cf. Matth. 11, 14 22 cf. Luc. 1, 32

St. Augustine's scribit enim Augustinus super Joh. Omelia quarta: 'timendum', inquit 'est, ne minus intelligentes putent, Johannem contraria dixisse ad illa, que Cristus dixit', cum Matth. undecimo dicit Cristus: si wltis scire, ipse baptista est Helias. 'absit', inquit, 'ut preco menciatur, cum dicit hoc, quod audivit a iudice', et post solvit per hoc, quod Cristus dicit, 'Johannem esse Heliam officii condicione, non personali proprietate'. Johannes enim fuit preco secundum multas similitudines, precedens primum Cristi adventum, sicut Helias precedet secundum. et sic Johannes loquitur secundum rei proprietatem, Cristus vero secundum prefiguracionem, nec preco falsum nec iudex falsum, cum non fuit Helias per proprietatem, sed per similitudinem. et post solvit, quomodo Johannes non fuit pure propheta ad Cristum, cum illum, quem prophete longe prenunciarunt, Johannes digito demonstravit. Johannes itaque servando humilitatem cavebat mendacium, cum pertinenter ad mentem querencium negavit, se esse nude prophetam procul fantem messiam, qui nondum venerat, sed vere ac humiliiter recognoscens, messiam venisse, confessus est, se esse vocem verbi et amicum sponsi presentis, nedum sui, sed tocius ecclesie, preter quem non est alias expectandus.

St. Gregory's et istam sentenciam dicit beatus Gregorius et sancti doctores concorditer. 'quid' ,inquit Gregorius, 'est, quod veritas affirmit hoc, propheta veritatis negat, valde namque inter se diversa sunt: ipse est et non sum. quomodo igitur propheta veritatis est, si eiusdem veritatis sermonibus discors est', et respondet: 'sed si subtiliter veritas ipsa requiritur, hoc, quod inter se contrarium

4 scire *om. B^a*6 audit *B^a*9 *B^a* in marg.:

Johannes fuit Helias condicione officii. quia preecessit primum adventum Christi, sicut Helias precedet secundum, et tamen Johannes non fuit Helias, hoc est probabiliter (?) et sic non repugnat: Johannis fuit Helias et Johannes non fuit Helias, cum in equivocis non sit contradiccio

anunciarunt *D* 20 messiam *om. ACD* 22 sed *ACD*
et *B^a* 29 sed *om. B^a* subiti *B^a*

1 cf. *Opp. tom. IV (Tract. IV in Joh. Evang.)* 47
4 v. 14 7 cf. *ibid. 47/418* 14 cf. *Joh. I 23-29*

sonuit, quomodo contrarium non sit, invenitur, et post ostendit, quod Johannes fuit Helias in spirituali condicione, non in carnali proprietate.

et beatus Johannes Crisostomus super Joh. Omelia *and of St. Chrosostom*
 5 sexta decima, baptista dicendo, se non esse prophetam, ad mentem respondit interrogantium. opinabantur enim, quendam prophetam precipuum venturum esse, quia Moyses dixit: prophetam suscitabit vobis dominus deus de fratribus vestris sicut me ipsum, audite.
 10 hic autem erat Cristus. ad hunc itaque sensum negavit, se esse prophetam.

ex isto triplici testimonio sanctorum doctorum non contrariorum, sed fertilitatem scripture ostendencium, manifeste ostenditur, quod baptista in ista equivocatione non
 15 dixit falsum sive mendacium, cum secundum logicos equivoca non repugnat.

ad quartum dicitur, quod doctor ille non asserit, aliquod mendacium esse licitum, sed aliud alio plus peccatum. unde dicit, quod perfectus non debet committere mendacium pro vitanda corrupcione carnis, quoniam, sicut dixit Lucia: 'si me invitam violaveris, castitas michi duplicabitur ad coronam'. talem, inquit, sustinere passionem illam sine culpa potest esse, sed mentiri non potest. et per idem videtur michi, quod omne mendacium foret in quantumlibet imperfecto peccatum, cum plus macularet magis reum, licet non faciat eum cadere a maiori gratia. unde quando doctor dicit, quod conceditur imperfecto redimere periculum maioris peccati per minus peccatum, intelligendum est, quod permittitur, 30 hominem sic minus peccare, ne peccet gravius, deus
 10.55a tamen non wlt, quod || quis peccet, sed wlt, quod

The relative nature of the sin in a lie

4 *B³ in marg.*: vel baptista dicendo, se non esse prophetam ad mentem interrogantium, opinabantur quidam, quendam prophetam futurum futurum (*sic*) esse precipuum, scilicet Cristum et sic baptista non dixit falsum (?sum) 5 26^a *codd.* 17 *A¹*
in marg. infer. cum sign. marg.: Si licet facere minus peccatum, ne maius eveniat 20 correpcione *B^a* 23 sed
 mentiri non potest *in loco raso posita A* 31 quis *AC*
 sic (*expunctum*) quis *D* quisquis *B^a*

4 *cf. Opp. Ser. Gr. 59 pag. 104* 21 *cf. Tillemont, Mem. V 131 sqq.; Bolland. Mart. II pag. 41 ad diem tredecimum Decembris*

sit perfectus non peccans omnino, quia per idem deus vellet, quod omnis sacerdos peccaret luxuria, cum ex omissione posset incidere in maius peccatum contra naturam et gravatus corpore posset mori et in desperationem incidere. sicut igitur non est mechandum, ut homo sit sanior, ad serviendum deo forcior aut majoris peccati fugitancior, sic de mendacio, quia aliter quodcunque peccatum citra peccatum in spiritum sanctum liceret committere, ymmo cum unum peccatum in spiritum sanctum sit reliquo gravius, liceret peccare peccato quolibet citra summum. unde dictum Augustini in De Mendacio nono cap. est sane intelligendum; dicit enim, quod 'illa peccata, que committuntur in hominem, ut eum faciant inmundum, eciam peccatis nostris evitare debemus'. ac per hoc neque peccata dicenda sunt, que propterea fiunt, ut illa inmundicia devitetur, non dicit usquam, quod menciendum est pro salvacione proximi a peccato, sed quod contingit facere multa opera pro tollendis peccatis proximi, que aliter cum paribus forent peccata, ut dicendo proximo veritates sub velamine ad finem, quo trahatur a facinore, quod alias perpetraret. et talia dicit doctor, non esse simpliciter ulla peccata, sed non esse gravia. michi autem videtur, quod nullum peccatum vel minimum est faciendum, ut peccatum gravius in se vel proximo evitetur, licet actus, in quo per accidens est peccatum, ea intencione meritorie potest fieri, ut peccans venialiter predicando, ut populus convertatur, debet predicare, sed non peccare gracia huius finis. sequitur enim, homo debet peccare pro hoc bono, ergo homo debet peccare.

solutis istis quatuor evidenciis restat probare tripliciter, quod mentiri sit omnino illicitum. et probatur

*Not even the
slightest sin
may be
committed in
order to avoid
a grave one*

6 autem <i>B^a</i>	7 fugitancior (? fugitivior) <i>AD</i>
fugitancior <i>B^aC</i>	10 quodlibet <i>B^a</i> 12 VI ^o <i>codd.</i>
14 eciam <i>ACD</i>	et <i>B^a</i> 17 quod <i>ACD</i> sed <i>B^a</i>
20 quod <i>AB^aC</i>	retrahatur <i>B^a</i> 22 ulla <i>D</i> , <i>compendio</i>
omisso; <i>A correxit ex nulla. quod B^aC legunt</i>	23 ullum <i>D</i>
27 sed <i>ACD</i>	et <i>B^a</i> 30 <i>A¹ in marg. infer. rubr.</i>
<i>litteris:</i> probatur tripliciter, quod mentiri sit omnino illicium	
31 omnino <i>in margine iuxta exitum lineae scriptis D</i>	

11 cf. Opp. tom. VIII 1774 30 quatuor evidenciis:
cf. supra pag. 42 et 45 sqq.

ex parte legis ewangelice. nam ficta licencia mencendi oportet consequenter concedere, quod mendacum sit in casu non peccatum nec peccatum sapiens, cum deus non potest licenciare hominem ad peccandum et per consequens potest inesse pure innocentia pia intencione propter finem utilitatis ecclesie et per consequens potest esse valde meritorium, et sic Christo inesse. non enim sapit imperfectionem peccati sicut dominacio secularis, quia non implicat mundi sollicitudinem, sed honestatem ac utilitatem ecclesie, sicut asseritur. ex quo videtur, quod Christus potuit mentitus fuisse per totam scripturam suam de punitione perpetua peccati, dicendo hoc ecclesie sue solummodo ad terrorem. cum enim deus de potentia sua absoluta posset etiam suppositis omnibus peccatis iam positis salvare omnes homines, per idem posset in Christo dixisse comminatio, quecumque dixit de pena perpetua. quo dato non foret evidencia infallibilis omnibus derelicta, quin credendum sit, quod omnis creatura rationalis beatificabitur. nam potissima evidencia foret testimonium scripture, sed quoad omnes scripturas allegandas dici potest probabiliter, quod sunt pia mendacia terrenia homines, ne tantum malum committant.

*How are you
to understand
Christ's words
on everlasting
punishment*

quod autem hoc debet dici catholice a sic opinantibus, sic probatur: hoc in nullo derogat perfectioni divine vel fidei scripture, sed e contra ostendit deo maiorem benevolenciam respectu creature sue, quam ad fol. 55^b versarii ponunt || sibi inesse, sed omne tale credi debet de deo catholice, ergo hoc debet credi catholice. si enim autor scripture pie mentitus est, quoad omnes scripturas comminatorias de iehenna et post beatificabit omnes homines et angelos post diem iudicii; tunc undique sine maiori inconveniente foret melius, quam est modo. sed hoc est possibile, ex nulla evidencia convincibile, quod non sic fiat de inesse, igitur sic est philosophice

15 sanare *B^a* 24 in hoc *D*, sed lineis superpositis in aliorum codd. ordinem emendatum perfectionem *B^a*
 24 sic om. *CD* 27 *A¹* in marg. super. fol. 55^b rubr.
litteris: nota bene de pio mendacio et scripture comminacione
 32 inconveniente *D*

et theologice concedendum. nam quoad deum non diminueretur exinde bonitas et in universitate sua foret bonitas maior, quam nos modo credimus per tantum, quantum beatitudo omnium dampnandorum excederet penam suam. nec obviat sensui scripture iuxta sic opinantes, cum deficit fundamentum ad probandum, quod non omnes scripture, que videntur opposite, ad sensum condicionalem et comminatorium erant dicte. nec aliunde sequitur inconveniens, igitur sic debet credi. possent enim sic opinantes fingere, quod beati in celo sciunt ipsam sentenciam, sicut et Paulus scivit in raptu. verum tamen non promulgant istam sentenciam, quia sunt illa archana verba, que non licet hominem loqui, de quo secunda Cor. duodecimo cap. nec obest, sed consonat iuxta sic opinantes, quod viatores salventur in fide falsa, quia, si Cristus potest fallere karissimos apostolos suos pia fraude, que eis proficiat et nulli noceat, quare non per idem quoscumque alias beatificandos?

et sic videtur michi, quod quicunque ponens sine peccato licenciam mencandi habet consequenter ponere, quod catholicum sit, omnem creaturam rationalem esse beatificandam, licet hoc non sit adhuc populo promulgandum; quod cum sit impossibilissimum et summe hereticum, videtur, quod eius fundamentum, quo conceditur, mendacium esse in aliquo casu licitum. ideo procul a nobis illud venenum!

*The apokatastasis
according to
St. Gregory*

nec moveat, quod beatus Gregorius tricesimo quarto Moralium undevicesimo cap. reprobat opinionem istam tamquam hereticam, quia, si licet pie glosare dictum Cristi Matth. vicesimo quinto: ibunt hii in supplicium eternum, iusti autem in vitam eternam, cum aliis dictis dei similibus, que dicta sunt solum comminatore,

3 nos *om.* *B^a* 21 *racionabilem B^a* 22 *beati-*
ficandum D 28 *XIV^o codd.* 30 *24^o B^aCD* 31 *aliis*
dictis dei similibus que dicta locus corruptus: inter *aliis et*
similibus locus rasus B^a in marg. B¹ add. dictis 32 *dei*
om. C, add. in marg. C²

quare non sic glosanda forent dicta Gregorii et aliorum sanctorum? quilibet enim sensus scripture plus pius et eque probabilis est sibi adhibendus quia a deo inventus, sed iste sensus scripture, ut fingitur, est plus pius, ideo est scripture sacre pocius adhibendus. secundo arguitur dicta conclusio ex parte legis ecclesie. nam posito mendacio in lege Christi, que est principium legis ecclesie, necesse est, legem ex defectu fundamenti deficere, sed fides scripture iuxta proximum argumentum a veritate deficeret data ista opinione dampnabili, igitur et fides ecclesie. quis igitur crederet absolucionem, excomunicacionem ac alia spiritualia suffragia et censuras non esse nisi sophistica? si credat, fidem scripture a veritate deficere, iuxtaponantur argumenta, quibus probaretur verborum ecclesie constancia. et videri potest faciliter, quod falsificans scripturam secundum glosam comminacionis non evadet, quin omnes mine ecclesie sint dicte solummodo ad terrorem. quomodo, queso, posset Christi fol. 55c vicarius innodare peccatores vinculo dampnacionis || per-
 petue, si Christus decrevit eternaliter, quod omnes illi finaliter salvabuntur. et sic doctores illius opinionis incidunt in maximum inconveniens, quod formidant, scilicet quod licet dominis temporalibus auferre ab eis omnia temporalia sua, eo quod non subirent penam nisi solummodo in hoc mundo et quoad illum mundum non haberent exinde penas, sed gaudia. et sic de actu luxuriandi et quantumcunque voluptuose vivendi. ex talibus enim modis vivendi non eveniret peius ad maximum, quam minoratio beatitudinis in celo, quod non potest dici pena, cum omnis homo beatus premiabitur secundum ultimum sue capacitatatis. et ista demencia tangitur Sap. secundo cap.: dixerunt impii cogitantes apud se non

The pope has no right to threaten sinners with everlasting damnation

3 sibi *B^aCD* sicut *A* 13 sophista *B^a* sophis-
 mata *D (?) C* 14 probatur *B^a* 17 sunt *B^a*
 19 *A¹ in marg. super. fol. 55d* *miniativit* de piis mendaciis;
infra sequitur: probacio huius; opera enim illorum sequuntur
 illos 25 nisi quoad *B^a* 28 *A¹ in marg. rubr. litt.*:
 probatur pena esse perpetua (*sic*) 29 minoracionem *ACD*
 30 homo *om. B^a* 32 dixerint *B^a*

32 cf. v. 1

recte preter hoc, quod minus erronee dixerunt, solum in hac vita penam vel premium expectandum. nam omnino foret contrarium rationi, quod viventes voluptuose per totam hanc vitam sine penitencia premiabuntur post hanc vitam cum sanctis continue penaliter et virtuose viventibus. tunc enim periret iusta dei distribucio servis suis, cum expediens foret, non virtuose, sed voluptuose quemcunque vivere in hac vita, et periret consequentia apostoli prima Cor. quinto decimo: si in hac vita tantum in Cristum sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. quare igitur non forent sancti fatui se affligentes propter inordinatum amorem excessus beatitudinis, ultra quam oportet, vel est talis insanis et inaniter laborantis capacitas. nec valet ipsis fingere, quod in purgatorio est temporalis

The doctrine of Purgatory a sort of a pious fraud

punicio eo, quod ex scriptura patent plura et expressiora testimonia de pena inferni perpetua quam de pena purgatorii temporali. ideo minus erroneum foret fingere, quod omnia dicta de purgatorio dicuntur solum comminatorie tamquam pia mendacia. eadem enim est racione utrobique et sequeretur fidei ac morum confusio.

confirmatur primo per hoc, quod tunc liceret, cum quantumcunque falsis mendaciis ecclesiarum et prediorum appropriaciones perquirere et per idem iusto titulo possidere, specialiter cum apud doctores istius sententie sufficit ad possessionem iustum titulus approbatus in facie ecclesie. et sic eque iuste occuparet aliquis bona ecclesie ex fundamento mendacii sicut ex fundamento veritatis apud deum et homines rationabiliter approbato, cum iusticia ut sic non suscipit magis aut minus, quod et repugnat divinis legibus et humanis. per idem quippe populus forcior conquirens vel rapiens ex

1 propter <i>CD</i>	minus <i>AB^aC</i>	nimirum <i>D</i>	erronee <i>in</i>
<i>fine corr. A</i>	erronee <i>B^a</i>	3 rationem (?) <i>B^a</i>	10 cristo <i>B^aC</i>
15 ipsis <i>A</i>	eis <i>B^aCD</i>	23 quemcunque <i>B^a</i>	26 passio-
nem <i>B^a</i>	30 maius <i>B^aD</i>		

mendacio perquisita foret ex iusto titulo bone fidei possessor, cum talis titulus eciam plus quam titulus mendacii apud plurimos approbatur et ministraretur confusio iusticie et occasio, ut quilibet proximum depredetur.

5 item si liceret mentiri, per idem liceret, personas regni nostri graves in apparenzia populi adire curiam romanam accusando fideles regni nostri super heretica pravitate, et per consequens liceret domino pape secundum deposicionem testium mendacium conductorum 10 dampnare accusantes tamquam hereticos. et cum non sit dare terminum quoad partes regni nostri, ad quem fol. 55d secundum maximum aut || minimum stabit potestas papalis in isto, quia sic potestas sua foret a nobis comprehensibilis, cum ultra paucum numerum non posset in 15 isto de plenitudine potestatis, quod nostri doctores pro inconvenienti non modico reputarent, sequitur, quod liceret domino pape, per deposiciones talium testium hereticare totum regnum et per consequens exheredare regem et omnes incolas regni nostri. cum igitur talis 20 hereticacio dependereret ex sensu scripture sacre, videtur, quod ad reges pertinet precipue, sensum eius antiquum defendere, ne saltem ex sensu mendaciter sibi imposito hereticentur et postmodo exheredentur.

item quam dispensativus est dominus papa cum 25 mendacio quoad multitudinem personarum, tam dispensativus est cum mendacio quoad genus, sed licet sibi, dispensare cum omnibus et singulis personis sue ecclesie, ut menciantur licite saltem iocose, igitur per idem potest dispensare cum omni genere mendacii. assumptum con- 30 ceditur ab adversariis, cum sit utrobique plene dispensativus cum mendacio, sicut fingunt. et minor patet ex hoc, quod omne opus meritorium in potestate subditi potest

Rulers have a right to defend the old meaning of Holy Scripture against deceitful interpretation

1 bone novissimam litteram corr. B^a, in marg. iteravit B¹ e
 11 dare om. Bⁿ 12 A¹ in marg. super. fol. 55^d rubris
 litteris: Si papa potest dispensare ad mencendum et contra Cristum 22 sibi AC sic (?) B^aD 23 postmodum B^aD
 24 dispensativus scripsi cod. C secutus; ceterorum breviatura dispensacius mihi legenda videtur 25 dispensativus cf. quae modo adnotavi 30 dispensativus cf. supra lin. 24 hoc loco D breviaturam dispensativus legi voluisse videtur

licite sibi cadere sub precepto. cum igitur iuxta adversarios omne mendacium potest esse opus meritorum, sequitur minor probanda.

confirmatur conclusio ex hoc, quod cum omni mendacio iocoso vel officioso potest dispensare, cum potest esse meritorum ex profectu pie intento, qui exinde procederet. sed omne mendacium potest esse iocosum, igitur conclusio.

et idem probatur de mendacio pernicioso. nam ex illo potest quantumlibet magnum bonum procedere, cum ex primo mendacio diaboli: nequaquam moriemini, posito Gen. tertio, processit ut videtur Christi incarnacio, humani generis salvacio. ideo beatus Gregorius vocat necessarium Ade peccatum et felicem culpam. et cum omne mendacium perniciosum potest pie intendi, videtur, quod potest esse mendacium officiosum et dispensabile cadere sub precepto, quod non credo dominum papam asserere, licet inimici eius nitantur ipsum decipere oleo peccatorum. si enim potest dispensare contra Cristum,

The pope is not entitled to sanction any lie though its intention be a good one

tunc, sicut Christus potest mentiri in materia fidei de finali iudicio, sic dominus papa posset dispensare, ut sensus scripture in isto fieret iocosum et pium mendacium. vel aliter Christus ex plenitudine misericordie posset secundum humanitatem dispensare, ne fiat eterna damnacio, et dominus papa non posset, quod reputarent magnum inconveniens, cum Christus posset comunicare suo vicario illam potentiam dispensandi, sicut communicat ei potentiam absolvendi, hoc est sacramentaliter promulgandi, deum sic facere. quomodo igitur non foret pape magna pietas, scripturam sacram sic exponere et taliter dispensare, cum hoc vergeret ad edificationem ecclesie, ut oportet adversarios concedere!

22 in isto fieret iocosum *AB^a* foret in illo iocosum *C*
foret in isto iocosum *D*

9 de generibus mendacii, quae doctores ecclesiae ponunt,
cf. Thomae Aqu. Summa II pars CX qu. 2 processus: Augustinus in libro Contra Mendacium dividit mendacium in octo partes, quarum prima est in doctrina religionis sqq.
12 v. 4 13 cf. Greg. Opp. Patrol. I 79 pag. 222 (res, non verba)

A lie, in civil law, makes any testimony worthless and confuses the people

tercio et ultimo arguitur ex parte legis civilis, quod sequeretur ex opposito conclusionis perturbacio tocius populi. nam lex illa discutit dubia ex testimonio testium duorum, trium, duodecim vel in alio numero secundum fol. 56^a consuetudinem patrie. || si igitur liceret eis generaliter mentiri, periret conclusio iudicis ex defectu testium, cum falsum nichil probat, ut patet de testibus contra Naboth, de testibus contra Susannam et testibus contra Cristum, et sic iudex ex defectu probacionis testium nichil iudicaret. ymmo dato, quod falsi testes probant conclusionem legalem, multo magis veri testes succedentes probarent eius oppositum.

nec valet fingere, quod licet testibus mentiri propter magnum periculum inminens precavendum vel magnum comodum consequendum, quia homo illius opinionis informans duodenam fingeret periculum incomodum ex affecione proprietaria, ubi non foret quoad deum, cum deus et dominus veritatis plus acceptat piam defensionem veritatis usque ad mortem, ut patet in martiribus, quam omnes perquisiciones civiles, que ex mendacio contingent sue ecclesie.

non seducat nos igitur spes temporalis comodi, ut peccemus, sed semper habeamus pre oculis spem retrubucionis eterne pro defensione veritatis, quam per se veranter defendimus, cum dogma sit patris mendacii, quod mala fiant, ut bona eveniant. e contra est doctrina domini veritatis, quod bona instanter fiant et nullum malum sive mendacium, ut derelicta divina prudencia stultus prudencie proprie initatur. deus enim per se premiat et preordinat fructum iusticie defensoribus veritatis. ex defensione vero peccati falsitatis sive men-

¹ *A¹ in marg. infer. rubris litteris:* de iudicio ex falsis testibus ⁵ *A¹ in marg. super. fol. 56^a minio:* Contra ficticias de pio mendacio ¹³ videlicet *B^a* ²³ spem *AB^aD* mercedem *C* ²⁸ malum *AD* peccatum *B^a* *om. C,* *sed inter lin. add. C²* ²⁹ invitatur (?) *B^a*

⁷ cf. I Reg. 21, 4 sqq. ⁸ cf. Hist. Sus. 21 sqq.; 61
cf. Matth. 26, 60 ²⁶ cf. Rom. 3, 8

dacii non infert bonum nisi per accidens ex sua gracia,
et hoc illis, qui stant constanter pro defensione ewangelice
veritatis.

non igitur seminemus tales errores dei temptativos,
blasfemos et gignitivos cathaclismi diffidencie, quod
mentiri sit licitum, cum tunc nullum membrum sancte
matris ecclesie crederet alteri vel Christo in quolibet, et
periret, ut ait Augustinus, autoritas veritatis.

nec valent fictions palliate in ista materia, ut alii
dicunt, quod mencientes debent certificare proximos, quando
menciuntur et quando ex fide ac deliberacione
asserunt veritatem. si enim licet mentiri et fallere,
unde proximo evidencia, quin sic dicens in hoc dicto
simulans menciatur, et sic in quoconque, quod dixerit?

unde solebam dicere seminantibus hoc lolium, quod
non credo eis. nec aliquis debet ipsis in hoc credere,
ut fingunt vel ex ignorancia vel ex palliata versicia mani-
festum mendacium, et sic de quoconque, quod dixerint,
non remaneret vel topica evidencia, ut eis proximus cre-
deret tamquam ipsis.

et conformiter tollitur secunda ficcio, qua dicitur,
quod licet mentiri, sed cum paribus rectificantibus, ut
puta, bona intencione, iocose vel officiose pro utilitate
ecclesie, non autem in materia fidei. nam oportet, eos
dicere, quod in precipua materia fidei potest esse men-
dacium tam iocosum quam officiosum utilissimum, cum
per accidens sit materia fidei. et multo magis est utile
isti vel isti comunitati solum per accidens, quod caveat a
mendacio, vel quod ista sit fides ecclesie. ymmo qui-
libet cristianus debet imprecari cum Michea || secundo_{30 fol. 56b}

The well intentioned lie is as little allowable in matters of faith as in a joke or in the interest of the Church

9 alii ACD	hii B ^a	11 deliberacione B ^a
17 ut D, corr. A, expunxit C	cum B ^a , inter lin. add. C ^a	
pallatacia B ^a	19 proximus corr. B ^a , in marg. iter- vit B ¹	23 iocoso B ^a
20 ipsis ACD	sibi ipsi B ^a	26 quam officiosum om. B ^a , add. in marg. officiosum B ¹ , omisso quam
25 mandacium B ^a	28 comunicanti B ^a ,	30 A ¹ in marg. sed B ¹ in marg. correxit comunitati
super. fol. 56 ^b minio:	Si Cristus potuit mentiri vel scriptura	

8 cf. Opp. tom. XI 140; 816; VI 996; VII 1766; 1769;
V 23 17 palliate metaphor. pro simulatae, occultae 30 v. II

cap.: utinam non essem vir, non habens spiritum et mendacium pocius quam loquerer, quando prophetat, malos esse perpetuo dampnandos. sed ego credo, sive propheta sive alius hoc imprecatur, ut sic peccat, s quia omne mendacium est per se peccatum, sed nulla circumstancia potest rectificare, ut peccatum sit non peccatum. et cum intencio mentis sit nobis abscondita, patet, quod menciens potest fingere piam intentionem vel menciendo vel seductus credendo utile, quod est omnino inutile, et sic potest seduci, ut iocose committat perniciosum mendacium, asserens, quod proficere sue comunitati per mendacia pertinet ad eius officium, cum indubie hoc theoremna: omne mendacium est peccatum et non licet in aliquo casu peccare, cum aliis veritatisbus ex eis sequentibus sint nedum in materia fidei, sed eciam ipsa fides.

et conformiter tollitur tercia ficcio plus periculosa, quam quidam imponunt domino Armacano in De Questionibus Armenorum libro sexto decimo cap. secundo, quod Cristus potuit mentitus fuisse et cristianos fallere, licet fideles non reputant, quod sic fecit. nam cum non potuit mentiri vel fallere nisi merendo et nec racio nec autoritas scripture convincit infallibiliter, quin sic fecit, ymmo sic menciendo undique plus prodesset ecclesie, ut patet superius. quare non est sic catholice asserendum, cum hoc cederet Cristo ad maiorem honorem et ad maiorem utilitatem ecclesie. et sic, cum hoc sit probabile, ut adversarii fingunt, quare non posset domi-

*The lie is a sin
in itself and no
circumstances
whatever
excuse it*

1 non essem vir non habens *C*; *D*, qui inter vir et habens locum vacuum praebet non essem vir habens *A*, sed non inter lin. add. essem vir nor habens *B*^a 2 quam om. *D*, locus abrasus est et vacat scriptione 4 quod sive *B*^a 13 indubio *B*^a theoremna *AB*^a (*distincte scriperunt*) theoreuma *C* theorenam (? theoreuma) *D*, qui voculam non intellexisse videtur 14 casu om. *D* 15 sint nedum in materia fidei, sed eciam ipsa fides om. *A* 19 decimo sexto *AB*^a 6^o *CD* cap. om. *B*^a 21 reputent *B*^a 27 sic om. *B*^a

19 'fictionem' hanc impositam Rich. Armachano conferre non potui, ut commemoravi supra I 217 25 cf. supra pag. 58

nus papa declarare et statuere, hoc esse de fide catholica, ut puta, quod singuli salvabuntur et quod omnes scripture, que videntur sonare oppositum, intelligende sunt,
There exists no absolute right for the popes to fix Church doctrines
 quod solum condicionaliter vel comminatore erant dicte. cum autem nec magis nec minus foret hoc verum pro determinacione moderne ecclesie eo, quod non foret verum, nisi ex preordinacione eternaliter foret verum, videtur, quod oportet, eos concedere, quod iam sit verum et credendum saltem in universalis vel aliter, quod aliquod sit probabile in fide catholica, quod moderna ecclesia non potest decidere, quia da oppositum, scilicet quod hoc sit probabile et tamen nec nunc credendum nec ecclesia habet potestatem ad illud catholicandum vel hereticandum, tunc, si est probabile, videtur pluribus et maxime sapientibus. non enim foret probabile, nisi videatur a deo et a beatis. cum igitur oppositum cuiuscunque articuli fidei non sit probabile. si enim sit probabile, quia appetit reputatis sapientibus esse verum, tunc maxime hereticum et summe impossibile ac improbabile foret probabile, quod Peripateticis et aliis dicentibus, se esse sapientes, apparuit, quod mundus non potuit incepisse. et sic de Achademicis tenentibus contradictionia quoad possibilitem nostre sciencie et sic de modernis tenentibus contradictionum in materia de potentia dei absoluta. ubi manifestum est, quod altera pars est formaliter impossibilis inferens cum insipientibus, quod non est possibile, deum esse. non igitur est color, || sentenciam quam-
 fol. 56c

5 maius D 10 ecclesia non potest decidere A; B^a in corr. decidere ecclesia decindere non potest D ecclesia non potest descendere C 11 dat B^a 14 A¹ in marg. minavit probabile 16 a om. B^aCD; A, sed in marg. add. aliquis 24 de Achademicis quoad possibilitem B^aD; A, sed inter achademicis et quoad addidit in marg. aliquis (? A¹) tenentibus contradictionia de tenentibus contra ad possibilitem C, qui Achademicis omisit 25 contradictionia B^aCD

22 cf. de hac Peripateticorum opinione Opp. Aristot. Analyt. Post. I pag. 76 sqq.; et supra I 29 20 28 cf. Ps. 141

cunque esse probabilem eo ipso, quod visa fuerit esse vera apud multos reputatos esse ab aliquibus sapientes, sed oportet, ipsum videri a sapientibus ut huiusmodi. cum ergo omne per accidens sit reducibile ad aliquod
 5 per se, videtur, quod prima radix probabilitatis sit iudicium, quo in verbo divino videtur veritatis probacio, quia probabilitas presupponit esse et per consequens solum verum est probabile, cum sequitur, si aliquid sit simpliciter probabile vel improbabile, tunc ipsum est
 10 huiusmodi apud deum, et cum similiter sit standum suo arbitrio, patet, quod sequitur e converso. cum igitur nullius fidei catholice oppositum sit verum vel probabile apud deum, videtur, quod omnino non sit probabile.

ex quo colligitur, si sit probabile, quod nemo dampnabitur, tunc est catholicum et per consequens ab ecclesia catholicandum, hoc est, tamquam catholicum ecclesie promulgandum. aliter enim deficeret Cristus sue ecclesie, nisi daret sibi virtutem et potestatem ad discernendum catholicum ab heretico et per consequens ad nos-
 20 cendum, quod nec Cristus nec scriptura sacra posset quemquam fallere vel mentiri. et sic ex corde clamo, quod necesse est secundum fidem scripture, ut predestinati ex gratia dei mediantibus operibus virtutis finalis perseverancie beatificantur, et quod prescriti ex sua
 25 finali obstinacia perpetuo expertes beatitudinis condempnentur, cum veritas dicit Matth. vicesimo quinto: ibunt hii in supplicium eternum, iusti autem in vitam eternam. et sic est omnino hereticum et improbabile, quod nulli prescriti perpetuo dampnabuntur. intelligo
 30 autem probabile, ut loquitur apostolus secunda Thym. secundo: solicite cura te ipsum probabilem exhibere deo operarium inconfusibilem, recte

*According to
Holy Scripture
the chosen ones
are saved by
God's grace
and their good
works, the
others are con-
demned*

3 huiusmodi AB^aC huiusmodi D 7 quia AB^a
 que C quod D 8 A^1 in marg.: nota b(ene)
 10 simpliciter B^a 13 A^1 in marg. super. cum signo
 $marginali$ minavit nichil est probabile nisi verum 14 si ACD
 quod B^a 22 vel (?) predestinati B^a 26 24^o codd.

tractantem verbum veritatis. si enim homo sit probabilis deo, tunc est simpliciter probabilis et e contra. et sic de quocunque signabili. tales enim, quos deus temptando probat et ex dignitate vite approbat, sunt deo probabiles quoad esse beatum, quia erunt inconfusibiles s

*He who follows
God's word
will be justified
on the of
Judgment Day*

in die iudicii eo, quod recte tractant scripturam sacram saltem in opere conformiter ad sermonem. nichil enim est probabile, nisi fuerit verum, cum probabilitas sit passio veritatis. quod autem philosophi vocant falsa et impossibilia magis probabilia, multis veris est abusio termini, quia sic illud, quod non potest probari, foret probabile, ut puta, quod deus non potuit mundum creasse, ymmo sic nichil posset esse improbabile vel idem foret simul probabile et improbabile. non enim est ali- quod tam impossibile, quin ad illud possunt fieri illusio-nes sophistice, ut deceptus credat, illud esse verum, et tunc illud false dicitur esse apud deceptum probabile. si enim animus decepti fuerit plene purgatus et ad claram visionem divine essencie elevatus, tunc illud, quod quoniam apparuit esse probabile, videretur esse omnino im- probabile. et sicut standum est in discrecione sensibilis iudicio sani sensus, non sensus infecti, sic standum est in discrecione sensus probabilis iudicio defecatissimi intellectus. non enim argucie || impossibiles inducunt fol. 56d probabilitatem secundum illusionem improbabilem. non igitur sequitur: hoc videtur philosophis deceptis esse probabile, igitur hoc est probabile.

5 erunt in corr. A sunt B^aCD 7 A in marg.:
nota ad hunc locum A¹ notavit signum marginale,
quod nisi fallor ad notam marginalem super columnam
56c scriptam respicit, cf. pag. 63₁₃ 11 quia AB^a et D;
C, expunxit C^a et add. inter linea quia 13 probabile B^a
vel idem foret simul probabile et improbable om. A, sed
add. in marg. A¹ vel A² 14 aliquod B^aCD 15 ad A²
qui d super lin. elevare (ad) neglexisse videtur 16 illum B^a
19 visionis A quondam B^aCD quodammodo A, sed
cum sig. marg. prima (?) manus in marg. emendavit quon-
dam 21 discrecione corr. A 23 iudicio om. A, infra
lineam add. aliquis 25 sed B^aC; A, sed inter lineas
emendavit aliquis secundum secundum D.]

sed quousque devenerimus ad librum vite, oportet ad discernendum probabile attendere ad speculum scripture sacre. licet enim infidelis posset fingere, quod non erit pena vel refrigerium post hanc vitam, tamen hoc nullo modo est probabile, quia tunc foret magis probabile, quod predones possunt, quandocunque et quomodo cunque voluerint, auferre bona filiorum ecclesie. illud enim videtur ignaris concludi ex necessariis. sed me asserente talem sentenciam emuli late spargerent ipsam ut lolium venenosum.

redeundo igitur ad propositum fidenter confiteor, quod *No lie whatever,
nec pietate nec humilitate nec alio colore mencendum
est, cum foret oppositum in adiecto.*

nam cum Cristus facit omnia opera meritoria movens omnia membra sua ad omne iustum, quod fecerint, tunc Cristus faceret plurima mendacia, et per consequens, sicut est verax ex autorizacione et assercione veritatis, sic foret mendax ex diccione mendacii, ut posito, quod tempore passionis Petri pie menciatur animando Petrum ad passionem, asserens, quod venit Romam iterum crucifigi. tunc cum dicit beatis in celo oppositum, quia singulas veritates, foret contradictorius sibi ipsi, et contra apostolum secunda Cor. primo foret in eo est et non, eo quod tamquam falsus propheta, tamquam vir duplex animo et maximus illusor membrorum ecclesie diceret

1 librum addidit in marg. B¹, qui breviaturam primae manus (lim^m) non plane intellexit 10 ipsum B^a 11 A¹ in marg. super. minio: non est mencendum. Cristus non potuit mentiri 15 omne AB^aC esse D fecerint D, correxerunt B^aC; A, qui vocem prius scriptam fecerint ex puncto u emendavit in fecerint 21 beatis in celo oppositum ACD bis oppositum in celo B^a 23 in eo B¹ in marg. addidit, locus rasus in textu 24 vir tamquam D vir (linea delet. et expunctum) tamquam C

4 refrigerium = locus ad refrigerandum aptus (Ps. 6612), metaphor. solatium, recreatio; apud scriptores ecclesiasticos vox significat levamen animarum in altera vita 14 cf. ea, quae sequuntur, cum simili disputatione de mendacio Christi et apostolorum a St. Thoma Aquin. prolata in eius Summa, II pars CX qu. 3 processus: manifestum enim est, quod evangeliste sqq. 20 venit Romam etc. cf. Euseb. R. E. III 105;

Hieron. De Vir. Illustr. 16 23 v. 19

unum ecclesie militanti et contradictorium ecclesie triumphanti, et per consequens fides cristiana foret maxime illusiva, quia autor eius seductor falsissimus, quod omnes pie aures horrerent.

teneamus igitur fundamentum religionis Cristi, domini dei nostri, quod ipse non potuit mentiri, sed quod diabolus adversarius suus est primus pater mendacii. scola autem diaboli, qua instruit membra sua, stat principaliter in mendacio, sicut scola Cristi et membrorum suorum, cum ipse sit veritas, stat mere in triplici veritate, scilicet vite, operis et sermonis. et super isto religionis principio fundantur leges ecclesie, quod illicitum est cristiano et specialiter clero, dispensatori bonorum pauperum, elemosinas hominum secularium histrionibus et ioculatoribus propter illud officium eo, quod includit in se mendacium, ministrare. et evidencius non conducerent pro cupiditate temporalium mentidores, quia nimis spissim sparguntur iniqui, licet non ad mendacia et per consequens ad peccamina sint conducti.

It is a fundamental law of religion that no Christian says anything that bears a lie in itself

CAPITULUM DUODEVICESIMUM.

New objections taken from the writings of the great Church Fathers

Sed faciendo finem in materia de mendacio arguitur septupliciter contra dicta.

primo videtur dominum Armacanum innuere, quod scriptura sacra posset esse mendax et pios fallere. nam sicut patet ex serie ewangelii, Cristus predixit futura || de 25 fol. 57a die iudicii et perturbaciones in ecclesia preparatorias ad anticristum, sicut patet Matth. vicesimo quarto et vicesimo quinto. cum autem hec scripta sunt, ut credatis,

1 ecclesie *AB^aC* esse (*expunctum*) *D*, in marg.
prima manus ecclesie *emendavit* 4 auditores *C* autores *D*
 10 *A¹* in marg. rubr. litteris: veritas triplex 20 Cap.
 17^{um} *B^aC³D* in marg. 21 Sed *A* set *B^aC* et *D*
 24 possset *A* 25 *A¹* in marg. super fol. 57^a miniavit
 nec Cristus nec scriptura potest fallere dixit *B^a*

23 cf. supra pag. 61 18

27 v. 4 sqq.

v. 1 sqq.

Joh. ultimo, nam Joh. quarto decimo dicit Cristus: et nunc dixi vobis, priusquam fsiat, ut, cum factum fuerit, credatis, videtur, quod aliquod istorum trium oportet concedere vel quod omnia ista et per idem omnia futura necessario evenire; vel secundo, quod Cristus potuit scienter falsum asseruisse et sic in scriptura sua mentitus fuisse et per consequens suos discipulos fefellisse, aut tertio non esse modo necessarium, quod Cristus sic dixit vel asseruit ista humanitus, sicut conceditur esse necessarium de aliis creaturis.

hic dicitur, quod dominus Armacanus affirmavit ex fide, quod, sicut Cristus non potuit mentitus fuisse vel peccasse, sic nec potuit proximos fefellisse. et sic infallibilis est scripture sacre autoritas, nedum quia neminem fallit de facto, sed quia neminem potuit fefellisse. si enim scriptura sacra falsificata quemquam falleret, cum hoc non posset, nisi ex preordinacione divina, deus ordinasset scripturam non sacram, sed mendacem ad fallendum filios suos karissimos, que mendacitas redundaret indubie in autorem. quid, queso, refert, autorem a proposito asserere falsum in voce audibili vel in scripto visibili aut alio signo sensibili? nec refert, sive quoad divinitatem sive quoad humanitatem ista asseruit, quin, si fuerint falsa, demonstrarent deum mendacem tam opere quam sermone. et patet, quod scriptura sacra, que est verbum domini, non potuit aliquem fefellisse, licet ex peccato multi male accipient occasionem fallendi et peccandi in eam. si enim scriptura sacra et per consequens deus posset fallere et mentiri, tunc foret summe contingens ad utrumlibet, ut taliter menciantur. unde

*Should Holy
Scripture ever
have deceived
man, then God
Himself is
guilty of lying*

4 quod (*expunctum*) omnia A ^{A¹ in marg. rubr.}
litt.: de necessitate absoluta 28 sacra et C, sed in marg. C²,
deceptus vocibus scriptura sacra, *quas in riga superiore scrip-*
tas invenit, iteravit cum signo in marg. que est verbum
domini non (*hoc linea delet.*) potuit aliquem fefellisse

1 cf. Joh. 20₃₁ v. 29 4 cf. Logica II, XXIV
et 80 sqq.; Op. Evang. II 101; 102; 267 11 cf. supra
pag. 61 18 sqq.

igitur nobis evidencia primo et per se infallibilis, quod non mencietur, cum mendacitas foret nedum in omni homine, sed in deo contra apostolum secunda Thym. secundo: si non credimus, ille fidelis permanet,

If God's word be false, He is denying Himself se ipsum negare non potest? negaret autem se ipsum, si falsificaret dictum suum vel negaret veritatem.

quantum ad tertium membrum, patet ex fide scripture, quod sit impossibile. nam ex testimonio scripture necesse est, ut veniant scandala, sicut oportuit Cristum pati. et oportet eciam hec fieri, que Cristus dixit de tribulacionibus ecclesie, ut patet Marc. tercio decimo, Luc. vicesimo quarto et Matth. vicesimo quarto. cum igitur hec credimus necessario evenire et hoc ex fide scripture et verborum Christi, ut per se evidencia, patet, quod necesse est, Cristum taliter dixisse. non enim potest fingi racio, quare necesse est, omne opus cuiuscunque alterius hominis fuisse, cum sit lapsus in preteritum, quin per idem vel a maiori quocunque opus Christi plene lapsus et preteritum sit, necessarium perfuisse, cum nec vox sua nec scriptura sua nec actus suus videndi, noscendi vel asserendi, sicut nec fides christianorum adhibita suis sermonibus plus dependet a futuro, quam quocunque, quod || membrum Christi compleverit, fol. 57b quia, cum necessitas quecumque creata dicit constanciam et perfectionem in bono, deus prius ordinaret necessitatem in verbis et factis propriis quam in operibus alienis. et eadem est consideracio de actibus extrinsecus in deo et de visionibus, quibus beati viderunt futura in verbo.

alia autem subterfugia, quod Christus nichil dixit, scivit vel asseruit simpliciter secundum humanitatem, cum fictis istis similibus non habent colorem fidelitatis.

11 tribulacione <i>B^aC</i>	11 Marc. <i>om. B^a</i>	18 ^o codd.
13 necessario <i>ACD</i>	intro <i>B^a</i>	16 est add. <i>A</i> inter
<i>rigas</i>	19 et <i>A</i> corredit ex voce, <i>quae dignosci iam non potest</i> in <i>B^aCD</i>	22 plus <i>B^a</i> <i>om. D</i> ;
<i>A, sed A² in marg. add.</i>	<i>magis C</i>	24 creat-
<i>tata A, sed postea ta expunctum est</i>	<i>27 exterius D</i>	
<i>externis C</i>	<i>eternis B^a</i>	<i>31 fucis B^a, corr. C</i>

4 v. 13	8 cf. Matth. 18 ⁷ et Luc. 24 ²⁶	11 v. 5 sqq.
12 v. 6 sqq.	v. 7 sqq.	

ideo necesse est tenere primam sentenciam, scilicet quod omnia futura sit necessarium evenire, ut dicit Doctor Profundus **ex** scriptura sacra, **ex** ratione multiplici et **ex** quotlibet testimoniis sanctorum doctorum. quod autem dominus Armacanus fuit pie dubius in ista materia, causabatur **ex** declinacione a logica scripture. assumpsit enim necessarium solum pro illo, quod non potest non esse, quod vocatur necessarium absolute. scripture tamen cum philosophis vocat omne verum contingens necessarium **ex** suppositione, cum sit dare causam eternam respectu cuiuscunque creature, cum cuius positione repugnat formaliter, creaturam ipsam non esse. et sic tam necessarium est, diem iudicii et quocunque futurum fore, quam necessarium est, deum, mundum vel tempus fuisse. quodlibet tamen istorum est contingens ad utrumlibet quoad deum, cum ipse existens ante mundum potest nullam creaturam producturus esse, producere vel ab aliquo tempore produxisse. et sic necesse est consiliari, orare et bene agere, cum necesse est, per illa media ad finem, quem deus eternaliter ordinavit, attingere.

nec video, quomodo perciperetur hec logica subtilis scripture nisi ponendo, quod omnia, que fuerunt vel erunt, sint tempore suo deo presencia. et hec racio, quare scripture loquitur tam crebro cum verbis de presenti de veritatibus preteritis et futuris. olim enim fuit doctoribus sanctis principium, quod in tota scripture sacra nec terminus nec accidens termini ponitur non onustum sentencia. tunc enim probarunt ex illo Gen. primo: faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram

The old Fathers hold that every word of Holy Scripture is laden with deep meaning,

¹ *A¹ in marg. miniatum nota* scilicet *ACD* sed *B^a*
¹⁰ *A¹ in marg. miniatum nota* necessarii distinctio ¹⁷ produc-
 turum *C* ¹⁸ vel aliquo *B^aCD*; *A*, sed *A² in marg. (bis)*
add. ab. quod inter vel et aliquo legi voluit ²² quod
om. A; D, sed D¹ add. in marg. ²⁶ principium *AB^aC*
dubium D, cui D¹ in marg. addidit non

¹ *plura de hac thesi cf. Erdmann, Grundr. d. Philosophie (1866) I, 424 sqq.; JWi Sermones II (ed. Loserth) pag. 23; 38; Op. Evang. II 101; 102; cf. De Causa Dei (ed. Savilius) I cap. 27—28; 32 (fol. 283); cf. supra pag. 674 28 v. 26*

trinitatem simplicissime essencie ex disparitate numeri terminorum, et ex illa triplicacione Ysa. sexto cap.: sanctus, sanctus, sanctus, dominus idem arguerant, cum fuit principium apud eos, quod nec fuit termini replicatio sine misterio. et sic de illo apostoli Rom. undecimo: ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia, et de illo Sap. undecimo: deus omnia disposit in mensura, pondere et numero cum eis similibus, que omnia deducuntur per celestem logicam scripture. cum igitur illa sic loquitur de extensione temporis, et de necessario loquatur professor eius conformiter concedens, quod est absolute

therefore, if Scripture says a thing, it is true, est verum.

secundo principaliter contra dicta arguitur per hoc, quod omnis sophista vel logicus arguendo, quod socius suus sit asinus, mentiretur, et per idem theologus arguens ad multas conclusiones hereticas, ymmo nemo assereret tales conclusiones necessarias disiunctivas: deus est vel nullus deus est, nisi culpabiliter menciat, quod foret nimis grave, cum scolastica exercitacio in talibus approbatur hodie, ut || fidelis melius sciat cavere ab infidelium veneno sophistico. et deduccio capit ex hoc evidenciam, quod mendacium officiosum vel iocosum est peccatum, licet menciens intendat multis proficere et nulli nocere. nec dicetur racio, quare dicens talia et sciens, quod non sunt vera vel ab auditorio credita, ymmo nec intendens, ipsa asserere, menciat, quin per idem dicens, quod homo est asinus vel aliud impossibile menciatur.

hic dicitur, quod conclusio non sequitur.

1 simillimum *A* 5 ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia, et de illo Sap. 11^o *B^a* omisit, *deceptus, ni fallor,* numero 11, *in quem librarii oculus aberravit* 11 confessor *D*, profe corr. *A*, sed *A²* in marg. emendavit professor 19 nullus *om.* *A* 20 exercicio *D* 21 *A¹* in marg. super. fol. 57^d rubris litt.: quomodo partes scripture sacre sunt vere sicut et tota deduccio in textu *A*, sed *A²* in marg. add. *sine signo* reduccio 27 quin *ACD* quem *B^a*

pro quo notandum, quod triplex est dicere ad nostrum propositum, scilicet diccio assertiva, diccio recitativa et diccio improbativa.

asserere vero vel dicere assertive est alicui dicto tamquam vero assentire. dicere autem recitative est comune ad interrogacionem et improbacionem ad yroniam et quodcunque aliud nudum dicere. sed dicere improbativa est dicere aliquid tamquam falsum ad finem, quod improbetur. sic enim Cristus Luc. undecimo: si ego in Belzebub eicio demonia, filii vestri in quo eiciunt? et apostolus prima Cor. quindecimo: si resurreccio mortuorum non est, inanis est fides nostra, ubi manifestum est fideli, quod non sunt mentiti, nec dictum eorum est falsum sive mendacium, cum que libet particula eorum signat veritatem connecconis.

nec videtur michi, quod aliqua pars scripture sacre sit falsa. et sic argumentum scripture sacre non procedit ex impossibili parte scripture sacre, sed ex impossibili dicto a mendacibus extra scripturam, et per consequens in argumento apostoli verum ex vero concluditur loquendo de signis, cum utrumque signat veritatem connecconis, et quod infideles sic dixerant.

ideo valde remotum est, ex istis concludere, quod resurreccio mortuorum non est, aut quod illa pars scripture signat adequate, quod resurreccio mortuorum non est, licet talis sensus rotetur in animo vagantis extra scripturam. nec oportet, deum vel sanctum ad hoc, quod intelligat istam scripturam, intelligere, quod resurreccio mortuorum non est, aut quod inanis sit fides catholica, quia intelligendo hec dicta mere signative, sicut nemo

*but it
must be studied
as a whole*

¹ *A¹ in marg.*: triplex dicere *C in marg.*: Nota
B³ in marg.: triplex est dicere, scilicet assertive, recitative et improbativa *D⁵ in marg.*: Nota, quod triplex est dicere ² *A¹ in marg. minio*: asserere, quid est sensitiva *C*, sed *C³* expunxit et *in marg.* emendavit assertiva sensitiva *D*, quod aliquis superposito a correxit *in* assertiva ¹⁰ vestri corr. *B^a*, *in marg.* vestri *B¹* iteravit ¹³ manifesta *D*

potest cogitare maius deo, sic nemo potest dicere, quod inanis est fides catholica. si autem intelligantur dicta huiusmodi mixtim signative et materialiter, tunc talis foret sensus mendax, *quo* dicit, quod inanis est fides cristiana, hoc est, dicit talia signa sic sibi signancia, quibus ut sic assentit tamquam veris.

ex quibus patet, quod Cristus non dixit vel intellexit, se in Belzebub eicere demonia, licet falsi Judei sic dixerunt. et sic potest accusatus de scando vere dicere, quod nec dixit nec cogitavit, alium esse furem. non enim sufficit, ad hoc dicere ista signa, sed requiritur suppperaddite mentis assercio.

multis autem videtur, quod descripcio assertorionis, quam recitat dominus Armacanus libro sexto decimo De Questionibus Armenorum cap. secundo, *sapit* calumpniam. 'videtur', inquit, 'quod asserere non sit aliud quam aliquid voluntarie exprimere, ut aliis illud credat'. nam multi asserunt intrinsecus sibi ipsis non ad finem, ut aliis credat, sicut beata trinitas || semper asserit omnem fol. 57d

How to judge assertions and lies told in joke. veritatem. item iocose mencientes sepe asserunt mendacia, non ut aliquis credat ipsa, sed ut delectentur in 20 ipsis, in quantum mendacia, quod est falsus assensus mendacio tamquam vero non credendo, quod sit verum, sed sciendo oppositum, dupliciter pretendendo, ipsum esse 25 verum, quod est omnino peccatum, sicut cultus ydolorum tamquam minimum a philosophis scientibus oppositum.

ex istis patet primo, quod multi arguendo ad probandum talia impossibilia menciantur, quia omnes inaniter et inutiliter solicitantes se circa talia, ut facimus

1 magis <i>B^aCD</i>	4 'quo' adieci	6 assensit <i>B^a</i>
9 dixerint <i>B^aD</i>	15 'sapit' scripsi (cf. pag. 7327)	
capit codd.	16 asserere in fine corr. <i>A</i>	<i>A¹</i> in
margin. miniativit asserere, quid est	21 ipsia <i>B^a</i> , sed altero	
i expuncto ipsa restituit aliquis	24 voculam sciendo	
praecedit rasura in <i>A</i>	25 peccatum fictum sicut <i>B^a</i>	
26 nimium <i>B^a</i>	27 <i>A¹</i> in margin. rubris litt.: omne	
peccatum est mendacium et e contra	29 se om. <i>D</i>	

15 haec 'descriptio assertorionis' Richardi, episc. Arm., conferri non potuit; vide supra pag. 6129

appetendo inanem gloriam et pretermittendo doctrinam salutiferam. cum enim omne mendacium sit peccatum et e contra, patet, quod omnis dicens verum intencione duplici, ut contingit in omni verbo ocioso, s' mentitur, et illud mendacium tangit apostolus prima Thym. sexto: si quis aliter docet et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Jesu Christi et ei, que secundum pietatem est, doctrine, hic est superbus, nichil sciens, sed langwens circa questiones et pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidie, contenciones, blasphemie, suspicione, male conflictaciones hominum mente corruptorum. ex dogmate quidem extra scripturam, que est sermo Christi, oriuntur diversitates in logica et per consequens pugne verborum et quinque alia mala, que recitat apostolus. necesse est enim, declinantes a logica scripture, que est aliis principium, erranter dividi et in profundioribus inconvenientibus laqueari.

secundo colligitur ex dictis, quod sicut deus non potest cogitare de falso assertive, sed improbativa, sic in statu innocencie nullum falsum cogitasset homo vel angelus assertive. si enim deus assereret falsum, tunc ipse foret falsus, et cum eternaliter scit, multa falsa esse futura in mundo sicut peccata, patet, quod ipsa eternality determinat improbare, hoc est, electis suis fallaciam eorum ostendere et penam debitam mendacio adaptare. et per idem, cum omnis falsi assercio sapit mendacium et per consequens peccatum, patet, quod repugnaret statui innocencie sicut et penalitatem decepicio.

non credamus igitur deitatem componere vel dividere vel demonstratis impossibilibus vaganter cogitare, sed solum cogitat veritatem, ut puta, quod creatura sua

*Just as God
cannot think a
falseness,
neither
man in the state
of innocence,*

3 omne CD 6 A¹ in marg. miniativit arguens
superbus 9 questiones A conclusiones B^aCD
10 et pugnas om. A, add. in marg. 19 A¹ in marg.
super. folii rubris litt.: homo in statu innocencie non cogitasset
falsum 25 falla, sequitur rasura B^a, in marg. ciam add. B¹
31 de monstris B^aCD; A in textu, sed A² in marg. emendavit
demonstratis 32 ut puta AB^aD scilicet C

1 cf. II Tim. 43

6 v. 3—5

taliter cogitavit infinitum dispariter a nostro modo cogitandi, iuxta illud Ysa. quinquagesimo quinto: sicut exaltantur celi a terra, sic exaltate sunt cogitationes mee a cognitionibus vestris. et conformiter in statu innocencie non occuparentur homines circa vagas asserciones falsi, sed sicut aves et bruta habent suas voces naturaliter signantes eis intenciones nature debitas sine exorbitacione superflua eis imputabili ad peccatum, sic fuisset cum genere humano in statu innocencie.

*for the cause
of all falsehood
is sin*

tercio colligitur, quod omnis proposicio debet esse vera eo, quod peccatum est fundamentum cuiuslibet falsitatis. nam omnis lapsus debet esse in statu innocencie, sicut sunt omnes beati et omnes immunes a peccato || simpliciter. igitur omnis homo debet habere omnes fol. 58a formaliter sequens ad hunc statum, sed ad illum consequitur veritas propositionum sive conceptuum et omnino carencia falsitatis. deus enim et beati cogitant de nostris falsis signis sine falsitate in eis, quia aliter forent falsi. si enim cogitacio mea sit falsa, tunc ego sum falsus, et sic de vicioso ac aliis denominacionibus, in quibus subiectum et actus suus communicat. nam oportet, accidens denominare subiectum, cum idem sit falsa composicio et subiectum false componere et per consequens false esse.

unde solent sophiste contendere, quomodo proposicio debet argui esse vera, ut hii dicunt cum Anselmo, quod oportet, ut primo significet sicut debet.

contra quos videtur, quod proposicio, que debet

9 si *D* cum *AB^a* in *CD* 11 *A¹* in *marg.*
infer. folii rubris litteris: Omnis proposicio debet esse vera
 15 omnis *om. B^a* omne *om. D* 18 falsitatis *om. B^a*
 19 aliter *om. B^a* 26 *A¹* in *margine superiore cum sig.*
marg. rubris litt. addidit unde debet argui proposicio esse
 vera (*sic*) 27 Augustino *C* 28 primo *A* preest *B^a*
 prime *CD*

2 v. 9 27 cf. *Opp., Patrol. Ser. II 158 Dialog.*
De Veritate c. VIII (De Divers. Intell. debere et non debere)
 pag. 475

occasione peccati quemquam decipere, sit proposicio vera, ut puta, talis error Achademicorum: nichil contingit cognoscere. ideo addunt alii, quod oportet, ut primo significet, sicut debet ex ordinacione dei primaria, et sic paucas aut nullas haberemus proposiciones veras. michi autem videtur probabile, quod proposicio dicit aggregative signum sensibile aut insensibile et sensum verum vel falsum, qui est actus complexus hominis vel angeli. et sic tolluntur instancie, quod eadem proposicio ¹⁰ sit simul aut successive disiunctim vera et falsa, cum sensus sit pars proposicionis. et sic quilibet complexe concipiens habet suam proposicionem.

tunc autem est vera, quando sensus suus est verus, et falsa, quando sensus suus est falsus. ^{Truth and falsehood lie in the sense, not in the form of expression} ¹⁵ voco autem sensum verum sensum, quo quis inculpabiliter concipit veritatem, sensum vero falsum, quo quis culpabiliter ac indebitē concipit veritatem. et hoc solent theologi concipere per significare sicut est. significare enim est dicere vel esse obiectum assensus, ut beati vel viantes ²⁰ intelligentes hoc signum: homo est asinus vel aliud vocatum impossibile, non intelligunt per ipsum, sicut nec ipsum eis signat, quod homo est asinus, quia tunc ipsi sic assererent, sed signat eis deum et significaciones suarum parcium et cum hoc sensum huiusmodi esse improbandum.

²⁵ manet autem talis vocata proposicio impossibilis pars incompleta et pendula proposicionis iusti debite intelli-

¹ preposicio *A* ³ ut primo significet sicut debet *A*
ut prime significet sicut debet *B^a* ⁵ quod significet precise
sicut debet *C* ⁷ ut prime (? precise) significet sicut *D*,
omisso debet, *quod in marg. addidit prima manus* ⁹ *veras*
michi autem videtur probabile *ACD* ¹¹ *veras* videtur autem
videtur (*hoc expunctum*) probable *B^a* ¹³ *A¹ in marg.*:
nota de propositione ¹⁵ *sensus suus et verus. et falsa,*
quando *om. D, sed addidit in marg. D¹* ¹⁷ *verus et falsa,*
quando sensus suus est *om. B^a* ¹⁹ *quo quis inculpabiliter*
concipit veritatem, sensui (?) vero falsum *om. D, add. in marg. D¹*
¹⁶ et *aut ac emendavit (ex vel ?) A* ²¹ *vel B^aCD* ¹⁸ *A¹ in*
marg. rubris litt.: significare quid est, *infra* significare *itera-*
vit idem atris significare ¹⁹ *assensus om. B^a* ²¹ *sensus C*

² cf. Foucher, *Hist. des Académ.*, Paris 1690, II 50 sqq.; Ersch u. Gruber, *Allg. Enc.* III S. 17 T. pag. 69 sqq.; tangit JW dogma illud per vulgatum Academicorum: nihil sciri potest, ne id quidem

gentis, quia illud signum cum sensu suo sinistro est improbandum.

unde si tales vague et per consequens false cogitationes fuissent totaliter a me et mei similibus amputate et vires nostre circa cogitationes loco earum utiles occupate, essemus ceteris paribus longe anteriores in merito, quam ratione cogitationis superflue sumus modo.

*Neither the
judge,*

tercio principaliter arguitur contra dicta per hoc, quod licet iudici civili sentenciare secundum allegata et probata, licet cognoscat, quod testes falsum deponant. cum igitur scit, sentenciam, quam asserit, esse falsam, videtur, quod liceat menciatur. sed solucio istius puncti expedita est libro quarto cap. sexto decimo per interpretationem assumpti.

*nor the con-
fessor should,
under any
pretext whatever,
be guilty of
falsehood*

quarto principaliter arguitur per hoc, quod confessor necessitatus ad dicendum alteram partem contradictionis in facto filii confidentis debet mentiri, antequam detegat confessionem, igitur in casu possibili licitum est mentiri.

patet ex dictis, quod falsum assumitur, quia, cum non sit divisio immediata, patet, quod tenendo medium est tacendum. non enim de peccatis || debet esse eleccio. fol. 58b et si obicitur, quod confessor tacendo in casu occideretur, modicum movet mina mortis, ut peccetur, cum minimum peccatum veniale non comitteretur propter quotlibet vitas corporales, eciam propter beatitudinem, si per impossibile per se exinde acquireretur.

unde casus, quibus ponitur, quod deus sub optentu beatitudinis precipiat Petro mentiri, includunt utramque

3 *A¹ in marg.*: Nota bene 4 meis *CD* 9 *D⁵ in*
marg.: nullo modo liceat iudicare secundum allegata etc. 13 interpcionem *AB^aC* 14 ass. *sequit. rasura B^a, in marg. assumpti*
iteravit B¹ 20 medium postea in lacuna add. *B^a vel B¹, in*
marg. iteravit B¹ 21 *A¹ in marg. infer. fol. 58^a rubris litt.*:
 nec iudex sentencians secundum allega (*sic*) nec confessor in quo-
 cunque casu debet mentiri 22 tacendo *om. B^a* 23 mina
in loco raso scripsit B^a vel B¹, in marg. B¹ iteravit mina
mortis in correctura A 24 eciam *AB^aC* et *D*
 27 *D⁵ in marg.*: Nota optentu *AB^a* intento *D*; *expunc-*
tum C, int. rigas add. C² obtentu

13 cf. *De Civ. Dom. II pag. 226: ad tantum magni-*
ficant quidam sqq. 28 cf. *Marc. 14₃₀*

partem contradiccionis. nec credo, quod deus potest decipiendo precipere, ut peccetur, sicut non potuit precipere Abrahe occidisse Ysaac, nisi occidendo poterit meruisse, quia per idem poterit permittere, Petrum pecare complendo preceptum et per consequens mendaciter febellisse.

unde videtur, quod subtiliantes, deum posse precipere illicitum, sed non posse permittere procedere usque ad precepti huius complementum, redderent ecclesiam Is God the author of falsehood in those prophets, whose prophecies have not been fulfilled?

perplexam de prophetato quolibet iam futuro, quia, si preceptum domini non sit pro aliquo bono possibili faciendum, multo evidencius est possibile, quod prophetatum a domino pro nullo tempore sit futurum. unde igitur per se evidencia de die iudicii, de dampnacione perpetua prescitorum cum ceteris huiusmodi, si deitas potest esse falsa, sive si potest asserere falsitatem? unde propheticam Ysaie et Jone, de quibus Ysa. tricesimo octavo et Jon. tercio, vel deus non asseruit, sed prophete peccando mentiti sunt, falsum simpliciter predicando, vel prophecias eorum asseruit ad sensum absconditum, vel, quod plus puto, prophete asseruerunt talia dicta ad literam, subintelligendo, sic debere contingere, nisi deus aliter decreverit evenire. unde quoad aliqua fuerint plene illuminati sicut in hiis, que concernunt fidem catholicam, in aliis erant in parte ambigui et aliis decepti, scriptura utrobique existente vera in sua integritate deoque sine possibilitate fallacie vel falsitatis utrobique verace.

nec moveat, quod populus haberet confessum suscep-
tum in casu, nisi presbiter sine fluctuacione cum

2 ut peccetur, sicut non potuit precipere *om. C, deceptorus praecedente* precipere. *sed in marg. add. C²* 9 huiusmodi *B^aC*
17 A¹ in marg. super. folii rubris litt.: nota de prophecias Ysaie et Jone. que non veniunt *18 sed D* si *B^aC;*
A, sed in marg. sed add. aliquis (? A¹) 19 predi-
cendo *B^aCD* 21 picto *D* 23 alia *AD* 29 *A¹*
in marg. infer. folii cum sig. marg. miniativit nota, quomodo
debet se habere confessor, si compellitur ad revelandum

iuramento testaretur partem falsam, super qua confessus suus est a populo impetus, quia maledicta suspicionis ablacio, que fit peccando, cum in veritate daretur tali iuramento evidencior mali suspicio.

Many priests lie so as to excuse those, who confess to them

unde est michi evidencia, quod multi sacerdotes, 5 qui sunt proni ad purgandum suos confessos, communiter sunt periuri, quia mendaces sunt, sive verum sive falsum inordinate testentur. ideo videtur, quod requisiti ad testandum de talibus subducto adulacionis titulo debent effectualiter et publice confiteri, quod confessa sua non 10 sunt populo promulganda, cum omnia illa non sunt dicta sibi ut homini seculariter conversanti, sed ut dicta deo et ecclesie triumphanti, sibique ut eorum vicario et per consequens instar eis a viatoribus confessa celanti, ymmo ut organo Cristi pro infirmis viantibus subsidium super 15 rioris ecclesie humiliter postulanti. ideo sacerdotes audientes confessiones debent esse discreti, pii et a seculari vita seclusi.

si autem queratur, utrum peius esset, peccata confessa detegere quam mentiri, videtur michi, quod, quantum attinet ad nudam rationem utriusque malicie, in mendacio plus peccatur, cum beati dicant sibi confessa reciproce sine culpa.

|| infinita enim sunt sophismata in ista materia, ut fol. 58c examinatores conducti examinant de presenti, si accusatus sit reus, et interim faciunt eos confiteri et peccata sua moneta redimere. et eodem modo faciunt testes deponere, si accusatus fuit reus impositi criminis a tempore, quo ultimo est purgatus.

alii autem acceptant iuramenta equivoca vel a proposito fidei aliena, ut iurando, quod accusatus non est

4 mali om. D; AC, sed in marg. utriusque addidit aliquis 10 quod B^aC; A in marg. add. quia D, correxit A in textu 22 dicunt (?) B^a 23 reciproce B^a; omisit D; A, sed in margine addidit; C, sed inter rigas addidit C² A¹ in marg. ultimo super. fol. 58c script. Nota de occidendis 24 enim om. B^a 25 ac, quae sequebantur erasa B^a, sed in marg. add. aliquis accusatus 26 reus corr. D 27 modo om. B^a 28 fuit ACD sit B^a 21 ut om. A, margini postea adscripsit aliquis (A¹)

magis reus impositi, quam unus alias, cuius crimen est mundo absconditum, vel unum, quod in nullo participat crimine, ut puta, nondum natus. et sic propter peccata multiplicata ex legibus humanis minus malum esset, quod in purgacionibus hominum nude stetur proprio iuramento, quam quod fallaciis, ut modo evenit, periuria altrinsecus sint mercata.

unde quinto principaliter arguitur, quod licitum est
mentiri eo, quod reus personaliter accusatus de crimine
et necessitatis alteram partem contradiccionis dicere
debet dicere partem falsam, cum nemo tenetur, iuxta
iuridicorum comune principium se ipsum prodere.

sed videtur michi, quod, si liceret mentiri in casu
huiusmodi, tunc liceret quantumlibet graviter periurari,
quia associo et quecunque iuracio non differunt nisi
secundum magis et minus, eo quod iuracio non super-
addit assercioni, nisi quod iurans superaddite invocat
deum vel creaturam gravem in testem sensus, quem
asserit, quod, si periurium foret licitum, tunc se ipsum
destrueret, quia nullus foret finis periurii nisi vel ad
dandum vel palliandum fidem dande sentencie, pro qua
iuratur. sed non licet periurare ad dandum fidem, cum
periurium directe inducit oppositum nec ad fidem sophi-
stice palliandum, quia finis illius sophismatis foret fides,
quem finem frustraret periurium. ideo non est gracia
gignende fidei periurandum. et per idem sequitur, quod

Nor is a defendant allowed to tell lies with the view to save himself

² percipiat *B^a* ⁵ unde (?) *B^a* undique *C*
 6 fallaci *B^a* ¹⁴ *D⁵* in *marg.*: nota differenciam inter
 assercionem et iuramentum periurari *C²* in *marg.* emen-
 davit lectionem *prima manus* peiorari *AB^aCD*
 16 secundum magis et minus, eo quod iuracio non superaddit
in loco raso postea sunt addita A ¹⁷ assercionem *B^a*
 19 *A¹* in *marg.* miniativit non licet periurari 20 nisi vel
 ad dandum vel palliandum fidem dande sentencie, pro qua
 iuratur. sed non licet periurare ad dandum fidem, cum per-
 iurium directe inducit oppositum nec ad fidem *eadem manu*,
sed pallidiore atramento exarata in cod. C 21 dande *D*, (?) *A*
 danda *B^a*, (?) *C* 22 peiorare *B^a* peiorare corr. et
expunxit D 23 periurium, quae sequebantur erasa *B^a*,
in marg. periurium *aliquis* (?) *B¹* add. 24 fides *B^aCD*,
A in *marg.* finis corr. *A* in *textu* 26 periurandum *C*,
corr. A peiorandum *D* peiorandum *B^a*

propter nullum finem signabilem sit aliquod mendacium asserendum, cum finis proximus assercionis cuiuslibet foret manifestatio veritatis in tantum, quod vendicantes menciendi officium induunt suum assertum sub pallio veritatis, et tam iudices quam testes, eciam consci per*s* iurii fatentur, quod oportet, testimonia illa accipere, ne veritas occultetur. aliter enim nemo approbaret eorum officium. nam si deus per impossibile ordinaret unam sectam ad periurandum vel continue menciendum, et preciperet toti residuo humani generis, quod sub pena dampnacionis crederet in omnibus illi secte, adhuc, qui cunque plene sciverit dei ordinacionem in istis mendacibus, deberet utrobique illis discredere, quia credere, quod ex ordinacione dei continue dicunt falsum. magnam igitur vim instituit dominus veritati eo, quod, sicut nichil potest appeti nisi sub ratione boni, sic nichil potest cognosci nisi sub ratione veri, quia unum verum et bonum sunt passiones coeve cum ente. dicitur igitur, quod necessitatus vel se ipsum accusare de quantumlibet dampnabili crimine vel mentiri, eligeret, se ipsum accusare dimisso mendacio.

If called to account he must rather accuse himself than try to be saved through lies

sed pro materia tacta de prodicie notandum, quod prodere quandoque accipitur pro fraudando tradere vel pro simpliciter revelare. item videtur michi, quod qui libet peccator tenetur, se ipsum deo et beatis prodere, cum tenetur, confitendo peccata sua detegere. || nec licet ^{fol. 58d} alicui celando peccata sua proximo mentiri, quia sic tamquam infidelis atque ypocrita peccatum novum ad-

3 vendicantes menciendi officium *AB^a* menciendi vendicantes officium *C*, sed duabus lineis super menciendi et officium *scriptis verborum ordo mutatus est in officium vendicantes menciendi vel vendicantes menciendi officium vendicantes officium menciendi D*, sed duabus lineis super officium et menciendi *scriptis legi voluit corrector vendicantes menciendi officium* 4 assertum (?) assumptum) *AB^aC* 9 periurandum corr. *A* peierandum *B^a* peiorandum *D* 11 ille *B^a* qui *D*, sed *prima manus in marg. addens* cunque restituit ceterorum codd. *lectionem* 18 passiones *prima manus in marg. D* raciones expunctum in *textu D* 22 *A^a in marg.*: duplex prodere 23 frau-
dendo *C* 24 item *A* tunc *B^aCD* 28 at (?) ac) *B^a*

deret ad antiquum. ideo dicit Crisostomus Omelia quadragesima quinta in Imperfecto: aut appare, quod es, aut esto, quod appares.

item reus tenetur voluntarie subire penam ordinatam
5 legitime pro taliter delinquentे, nec est minus dignus
tali pena ante detecciónem, quam post, cum interim non
peccavit. igitur ante detecciónem tenetur voluntarie se
subicere tali pene.

confirmatur ex facto sancti David secundo Reg.
10 ultimo: ego sum, inquit, qui peccavi, et ego inique
egi, isti, qui oves sunt, quid fecerunt? non igitur
obviat scripture sacre, quod homo accuset se ipsum
saltem de peccatis publicis vel generaliter quoad popu-
lum vel private aut specialiter quoad deum. sic enim
15 secundum beatum Gregorium 'bonarum mencium est,
culpas agnoscere, ubi culpa non est', ut exponitur
proximo capitulo. et ex tali accusacione, qua David
Psal. quinquagesimo primo confessus est: tibi soli
peccavi et malum coram te feci, consecutus est
20 veniam, et per consequens debuit se ipsum taliter accusasse.

difficultas igitur stat in isto, si latro vel homicida
absconditus de crimine impetus debet confitendo crimen
revelare ipsum laicis vel menciendo negare vel aliunde
25 tacere et specialiter duodena querente ab eo informa-
cionem de veritate iuramenti. in qua materia certum
est, quod reus in nullo casu debet mentiri. non enim
debet dicere duodene, quod non fecit hoc facinus pro
salute temporali sui corporis, quia sic occideret in se

¹ omelia quadragesima quinta in imperfecto *om. B^a* XXXVIII
ACD 7 *se om. D* 10 *et ego inique egī om. D.*
C, sed add. in marg. C² 17 *quia B^a* 18 *50^o codd.*
21 A¹ in marg. super. folii: Si in questionibus debet fur
(*hanc vocem elevavit super lineam*) super se revelare

¹ cf. Opp. Ser. Gr. 56 (*Opus Imperfectum in Matthaeum*)
pag. 885 10 II. Sam. 24¹⁷ 15 verba ipsa Gregorii,
libri inscriptione et capitulo in incerto relictis, nusquam
in eius operibus inveni; sed cf. similem argumentationem in
Exposit. in I Regum, Patrol. Ser. I 79 pag. 391—392; cf. etiam
Ser. I 75 pag. 155 et supra pag. 4216 18 Ps. 51⁶ 24 du-
dena *idem ac certae iurisdictionis districtus vel eius praeses*

ipso tam corpus quam animam et daret occasionem testibus, ut menciendo peccent et per consequens non ordinate diligenter proximum ut se ipsum. difficultas igitur est, utrum stat cum lege divina, quod reus legitime accuset se ipsum laicis in periculo mortis sue.

A Christian is to do what is right without considering the consequences,

et videtur, quod sic, tripliciter. primo sic: omne iustum, cum sit a deo volitum existens in potestate nostra perficere, debemus facere, cum iuxta scripturam debemus facere voluntatem dei; sed iustum est, quod talis facinorosus suspendatur vel aliter occidatur eo, quod aliter essent leges humane legi rationis contrarie. igitur cum illud iustum sit in potestate tam persone ree quam testium, videtur, quod intuitu voluntatis divine debent illud facere, et per consequens reus debet se ipsum accusare ad finem, quod percipiat iusticie complementum. — confirmatur ex hoc, quod aliter foret hypocrita contra consilium Crisostomi.

item omnis pena iusta et meritoria, de quanto est magis voluntaria ceteris paribus, est magis meritoria, sed pena rei foret magis voluntaria, si cum paribus gratis publice confiteretur peccatum populo. igitur sic est rationabiliter faciendum. homo namque debet sub pena peccati intenciori merito suo intendere. sic enim beatus Albanus, beatus Adauctus et ceteri martyres pu-

4 quia *B^a* 9 quod *B^a*, *A¹* in marg. om. *A* in textu
ut *CD* 13 illud om. *B^a* 15 participat *A*, qui ti
expunxit, ut percipiat *relinquatur* 19 ceteris paribus
est magis meritoria. sed pena rei foret magis voluntaria, si cum
paribus *omiserunt B^a*; *D* (excepto si cum par.), sed add. in
marg. *D¹* 22 namque *AB^a* enim *CD* 24 adauctus *ACD*
adauccius *B^a*

24 St. Albanus, protomartyr inclitus et gloriosus Angliae, una cum Victore Massiliensi martyrio decoratus est; de tempore passionis nihil certi occurrit, nisi quod eorum martyrium circa annum 290 aut 303 videtur contigisse; de Albani conversione, passione, translatione et 'miraculorum choruscatione' cf. Hist. S. Albani s. l. et a. (ca. 1470) 4^o, iterum impressum Coloniae 1502, et Acta Mart. op. et stud. Th. Ruinart coll., Veronae 1731 pag. 255. St. Adauctus, martyr in Mesopotamia, ab imperatore Maximino propter filiam Callisthenem, virginem pulcherrimam et poscenti negatam,

blice confessi sunt religionem suam propter augmentum
meriti, ubi poterant celavisse. quare igitur non licet
reis sic facere, specialiter ubi tam eis prodesset ad me-
ritum, quam populo ad exemplum? aliter enim frenandi
60.59^a 5 forent dampnati, ne confiterentur || publice culpam suam,
cum non sit racio, quare confessio foret tunc meritoria,
quin per idem posset fieri magis meritorie ante iudicium.

item reus potest publice de furto suo satisfacere
considerans, quod pena, quam mundus sibi inferret, foret
10 sibi plus meritoria, cum plus meruit quam tantam penam.
considerans secundo, quomodo pudor suus de criminis
deteccione et cautela populi de furti consimilis precavi-
cione foret sibi et suis similibus frenum constringens, ne
alias residivent. sed nemo diceret, quin caritative sic
15 confitens multipliciter mereretur. igitur reus potest
meritorie se ipsum populo accusare.

confirmatur tripliciter. primo sic: Cristus, regula
nostra, sponte ivit ad passionem, cum scivit, se ipsum
esse inmunem et populum in ipsum graviter delinquentem,
20 ut patet Matth. sexto decimo. igitur multo magis reus,
dignus occidi a populo in hoc merente, potest meritorie
accipere passionem. ymmo hoc debet in casu sub pena
peccati.

secundo confirmatur de David publice confidente
25 peccata populo secundo Reg. ultimo, et tercio de Achan,
filio Charmi, de tribu Juda, qui, cum tulit de anathemate
menciendo pallium coccineum ducentos ciclos argenti
et regulam auream, audivit a Josue domino hoc preci-

*therefore the
sinner is to give
satisfaction to
people
for his doings
in order to
advance public
welfare,*

5 *A¹* in marg. infer. fol. 58^d rubr. litt.: Si licet publice
peccata confiteri 11 quomodo *ACD* modo *B^a*
13 sui *B^a* 19 delinquentem corr. *A* 21 merente corr.
B^a, in marg. iteravit, sed vix legi potest 25 20 om. *AD*
archan *B^a* achar *C* achor *D* 26 charim *AB^aD*
anathamate *B^a* 28 sic *B^aC* hoc *AD*

*ex patria pulsus et in iudicium vocatus, diem supr. obiit
Ephesi anno 313; cf. Byeij Sylloge in Act. S. Bolland. 4. Okt.
II pag. 407—411; Act. Mart., ed. Ruinart, pag. 274; Th.
Höpfner, d. Heiligen in d. christl. Kunst, pag. 64 20 v. 21
25 II. Sam. 24₁₇ 26 cf. I Chron. 27: Jos. 71; 18—24*

piente: fili mi, da gloriam deo et confitere atque iudica michi, quid feceris, ne abscondas, quod et laudabiliter utrimque factum est, ut patet Jos. septimo. cum igitur lex dei sit humana lege prestancior, videtur ex autoritate legis divine, quod licet, reum se s ipsum accusare usque ad mortem, cum ostensio reatus foret licita in ecclesia triumphante et finis sequens meritorius in ecclesia militante, ut patet de Achan, nec incurrerunt tres patriarche homicidium in occidendo se ipsos, quia aliud est pati mortem pro confessione iusticie et aliud iustum iniuste occidere.

*more particu-
larly to God
who detests sin*

in ista materia videtur michi, quod reus in quo- cunque crimen debet primo omnium conterendo satis facere quoad deum. patet ex hoc, quod deus est prima et precipua persona, contra quam delinquitur in tantum, ²⁵ quod nulli nisi deo peccatur, hoc est, si non sibi, vel nisi in quantum delinquitur contra illum, cum omne delictum contra servum principaliter redundat in dominum.

ideo primo omnium debet deo satisfieri. aliter enim ²⁶ non foret opus precedens penam iuris laudabile, sed peccaretur continue ex mora convertendi ad dominum. nec est quis vere contritus vel deo satisfaciens, dum intendit non satisfacere proximo, sed redire ad culpam. ideo oportet secundo delinquentem in proximum tam ²⁷ active quam passive satisfacere pro delicto; active vel temporalia restituendo vel laboricio satisfaciendo vel di- missionem debiti humiliter expetendo, passive vero ferendo incaceraciones vel alias penas corporales legi-

3 factum *ACD* suum *B^a* 5 reo *B^a* 7 trium- phante et finis sequens meritorius in ecclesia *om.* *D*, add. *in marg.* *D¹* 8 achar *C* achor *D* *A¹* *in marg.*: Nota 10 morte *B^a* 12 *A¹* *in marg. sup.* miniatavit quomodo debet se habere occidendum 13 debet *B^a*, sed, ni fallor, linea per vocem ducta valere noluit 21 pro- cedens *A* sed *AB^aC* si *D* 26 pro delicto iteravit *B^a* 28 vere (?) *B^a*

4 v. 18 sqq.

timas, ubi est insufficiencia aliunde. talis autem pena iuste infligitur, postquam peccatum dimissum fuerit quoad deum, cum aliud sit, peccatum remitti quoad culpam et aliud quoad penam vel satisfaccionem. unde quando 5 sophiste arguunt, quod peccator post contritionem ^{fol.59b} peccati iniuste punitur || ab homine quia pro nichilo, dum est iustus, constat, quod non sequitur, cum punitur pro peccato preterito et sic pro aliquo quia pro iusticia, ymmo illud peccatum manet adhuc in pena, sed non 10 in culpa. et sic iustus in casu iuste suspenditur a iuste eum iudicantibus, a suspendentibus in penam peccati preteriti.

unde videtur michi, quod peccator potest meritorie se ipsum accusare de commisso apud testes vel iudices, licet leges hominum accusacionem huiusmodi non requirunt. nam quoad forum conscientie vel ius poli pertinencius accusaret reus se ipsum quam testimonium alienum, cum sanitas et caritativa correpcio hominis debet esse sibi ipsicarior atque propinquior quam fratri extraneo. 20 ideo si lex scripture haberet cursum suum ut olim, pocius examinaretur et artaretur accusatus dicere veritatem de se ipso quam frater extraneus, sed propter infidelitatem peccatorum est, quod tam diffuse procedit civilis probacio, quia igitur epyeikes supponit, quod reus cicias 25 incurreret periurium pro salute vite sue quam testes extrinseci. ideo necessitat eos ad testificandum, non negans, quin reo liceat accusare se ipsum, licet non statuat, quod tenetur. nec oportet, ut iure divino peccator procuret, se occidi. oportet tamen omnino, quod armet se virtute 30 ad paciendum mortem talem, si venerit, et preponat mortis eleccionem mendacio eo, quod talis mors iusti foret quoddam genus martirii quia caritativa passio pro

For conscience's sake he is to confess freely his misdoings to the judge, even if human laws do not require it

1 *A¹ in marg. minio:* Nota 3 ad deum, cum aliud sit, peccatum remitti quo om. *D*, *postmodum add. D¹ in marg.*
 4 quomodo *B^a* 10 a *B^b*, *sed superscripto t vel c corrector aut vel ac legi voluisse videtur* 11 a *AD* et *B^aC*
 24 epyeikes *A* epikes *C* epiekies *D* epyeikes *B^a*,
sed i in rasura reus om. *D*; *C*, *sed C² inter rigas addidit* 32 quia *ACD* quod *B^a*

24 *de epiekies deriv. a graeco ἐπιεικεία significat id quod deceat, aequum cf. De Dom. Div. 202²⁰ et 481*

iusticia sue pene. nec oportet, quod reus post contricionem ostendat reatum suum populo procurando sibi mortem corporalem, cum stat, quod aliunde magis sibi proficiat et magis meritorie atque legaliter moriatur. si tamen ex interna inspiracione sit sibi evidens, quod sit de voluntate dei, ut taliter moriatur, quod est satis possibile, tunc videtur michi, quod sine reatu homicidii debet procurare antecedens, ex quo mors corporis consequatur. sed ad discernendum illud requiritur spiritus consilii. et pro maiori parte tempore legis gracie melius foret contritum post furtum vivere quam suspendi, et tunc deus non wlt, quod talis non suspendatur.

*The defects of
the human penal
laws* et sic leges humane de punicione hominum usque ad mortem communiter sunt inuste, cum ignorant, quando reus plene resipisceret et quando non. ignorant eciam quantitatem culpe, pro qua reus pena mortis ad minimum plecteretur, quod testantur varietates in mortibus et quantitatibus furtorum.

ideo, ut alias dixi, lex Cristi est utrobique securior, que utrobique detestatur mendacium et wlt, peccatores vivere et converti. quando autem ex autoritate dei sive iustus sive iniustus occiditur, lex est bona.

et patet, quomodo dicendum est ad sentenciam triplicis argumenti. —

sesto arguitur licencia mencandi eo, quod iuxta proximum capitulum quilibet viator, cui non fit specialis revelacio, debet reputare, se esse predestinatorum novissimum, quod, cum sit ut plurimum falsum et legi dei

3 sibi *om. AD* 5 scit *B^a* 8 consequitur *B^a*
consequetur CD 10 tempore *om. B^a* 12 non
om. D 18 furtorum *B^a* furtorum *D* furtorum *AC*,
sed inter rigas in A aliquis, in C C², addito r, lectionem
rectam restituit 26 cum *B^a* 28 quod *ACD*
et B^a

19 cf. supra I 306; fortasse respicit ad *De Civili Dominio lib. I* (ed. R. Lane Poole) cap. XLV pag. 411, ubi rem tangit, neglectis verbis hic scriptis; cf. de eadem materia Pol. Works (ed. Buddensieg) *De Triplici Vinc. Amoris* pag. 180 26 cf. supra pag. 47

contrarium, videtur, quod quilibet talis viator debet
 fol. 59v credere falsum legi dei sui contrarium. || omne quidem
 reputare est credere, et cum omne, quod licite fide cre-
 ditur, licet asserere, sequitur, quod cuilibet tali cristiano
 5 licet asserere, quod sit predestinorum novissimus, quod
 notum est oportere esse falsum, cum tantum unus sit
 novissimus electorum.

confirmatur ex assercio apostoli prima Cor. quinto
 decimo mencientis propter humilitatem, dum asserit: ego
 10 autem sum minimus apostolorum, qui non sum
 dignus vocari apostolus. nec enim fuit minimus
 apostolorum mole nec virtute, cum plus omnibus laboravit.
 nec dicetur racio, quod testes aut ioculatores scienter
 mencientes ex officio vel ioco assurunt sua mendacia,
 15 quin evidencius omnis reputans veritatem quantumlibet
 de tanto asserit ipsam, quia ut sic asserit, illam esse
 probabilem et sic veram.

hic dicitur, quod omnis cristianus religiose reputans,
 se esse predestinorum novissimum, non ut sic mentitur.
 20 pro quo oportet primo notare, quod reputare quandoque
 accipitur pro ordinare vel ascribere, ut Psal. centesimo
 sexto dicitur, quod opus Finees occidenti Israeliticum cum Moabitide concubentem, de quo Num.
 vicesimo quinto, reputatum est ei ad iusticiam. et talis
 25 reputacio competit deo et secundarie sponse sue.

quandoque autem reputare dicit putacionem cum
 formidine de infallibilitate probacionis, ut patet ex
 comuni modo loquendi, et capitur nunc in bonum, ut
 Psal. centesimo undevicesimo: prevaricantes reputavi
 30 omnes peccatores terre, nunc vero in malum, ut
 Proverb. septimo decimo: stultus si tacuerit, sapiens

*Did St. Paul
tell a lie when
he called himself
the 'least of
the apostles'?*

9 mencientis propter humilitatem, dum asserit *om. A*
 15 quamlibet *B^aCD* 20 *A¹ in marg. miniativit* reputare
 21 *CV^o codd.* 25 secundario *D* 29 centesimo duo-
 devicesimo *codd.*

8 v. 9 20 cf. ea, quae JW de notionibus 'reputare',
 'opinari' et 'credere' supra pag. 16 disserit 21 v. 30
 24 v. 6 sqq. 29 v. 119 31 v. 20

reputabitur, et illud Ysa. quinquagesimo tercio: reputavimus eum tamquam leprosum.

secundo notandum, quod actus animi dicunt quandoque simplices apprehensiones obiectorum et quandoque dicunt aggregative multos actus sive unius potencie sive disparium, ut actus dubitandi quandoque dicit aggregative actum credendi vel adherendi uni parti contradiccionis secundum potentiam intellectivam. et cum hoc dicit actum apparenti eiusdem potencie vel potencie volitive, et tales actus videntur communiter esse in eodem instanti propter insensibilitatem celeritatis unius actus post alium, sicut est de actibus sensitivis. et oportet, ad discernendum tales actus philosophum subtiliter attendere ad circumstancias, potencias et obiecta, ut aliter dubitat philosophus, si rex est Londoniis, et aliter, si perplexus evadet periculum.

A Christian is not to put his trust in his good works, they being merely the work of God's grace istis suppositis dico tercio, quod pius cristianus debet reputare se electorum novissimum, quia ratione sui peccati peccatorem vilissimum. debet enim putare, id est, abscindere ab eo omnem elacionem de bonis operibus, si que habet, considerans, quod tanquam nudum organum dei de mera gracia habet illa. — debet secundo putare, id est, cogitare, quante et quociens ingratus fuerat deo suo, et considerando, quod illa ingratitudo est sibi certa. ingratitudo vero fratris sui undequaque ambigua debet abstinere a temerario particulari iudicio fratris sui, et ex istis tercio elicere putacionem, id est, estimacionem, quod quoad multas ingratitudines sit quocunque alio fratre suo deo ingravior. || et totum hoc vocatur pia reputacio humilis cristiani. fol. 59d

1 illud *ACD* idem *B^a* 3 *A¹* in marg. rubr.
litt.: actus animi actus om. *B^a*, add. in marg. 9 actum
 om. *B^a* 14 potencias (?) potencias) *B^a* ut *AD*
 vel *B^aC* 17 prius (?) *AD* 19 *A* in marg. rubr.
litt.: nota 21 quia *B^a* 23 fuerit *CD* 24 in-
 certa *D*, expuncto in *C* 26 et om. *D* ex postea
 inter rigas add. *A* 29 *A¹* in marg. infer. fol. 59^c rubris
litt.: Quomodo cristianus debet se reputare electorum novissimum
 in marg. super. fol. 59^d: stat plures (?) esse vilissimos pecca-
 tores et sic novissimos electorum 30

tunc ad formam argumenti patet, quod minor est falsa. pro quo notandum, quod, sicut quilibet sanctus habet in bono super alios rationem excellencie, sic quilibet sanctus prius lapsus habet in malo rationem excessus nequicie et illam rationem particulariter vel confuse considerans reputat, quod est secundum illam rationem maximus peccatorum. et cum distribucio vel negacio cadit super signum correspondenter ad conceptum comunem vel singularem, patet, quod non obest, sed sonat, multos esse vilissimos peccatores et sic sanctorum novissimos, et per consequens vere reputare, se esse tales. sic enim dicit beatus Johannes prima Joh. secundo, quod novissima hora est, quia inter partes diei peregrinationis ecclesie particula temporis gracie est hora novissima, non tocius temporis simpliciter, sed illius. et sic intelligitur scriptura cum comuni locuzione de summo sacerdote, quod multi sunt summi sacerdotes, quorum unus est reliquo superior, quia quilibet est summus ovis sui et tamen unus summus simpliciter. et sic potest sane intelligi, quod multorum peccatorum quilibet eorum sit peccator miserrimus. et ita de aliis locucionibus, quas tam scriptura quam populus vere loquitur in excessu. contingit autem, tales locuciones humilitate formatas esse veras ad sensum wlgō equivocum. contingit eciam, alias locuciones consimiles arrogancia dictas esse falsas, nec obest ad sensum equivocum, Petrum esse postremum et tamen Paulo ipso posteriore, ymmo Petrum esse postremum et ipsum non esse postremum, ut dixi superius capitulo de logica scripture.

30 ulterius quantum ad assercionem reputati dico, quod

4 prius AD; superscripto r, ut prius efficatur, C 10 con-
sonat B^a 19 tantum B^a 22 quas radendo aliquis
corr. A 23 humilitate initium vocis corr. A 27 et
tamen Paulo ipso posteriore, ymmo Petrum esse postremum
om. B^a

12 v. 18 26 sqq.: Petrus, Paulus non apostolorum
nomina intelligenda sunt, sed more suo 'hominem aliquem',
'quendam' JW intelligi vult, cf. supra I 128 29 cf. ex.
gr. supra I 22; 34 et saepius

*Even the Saints
were sinners*

licet uni omnino certo de suo reputato particulariter consideranti excessum abiectionis vere asserere illud, quod reputat. contingit autem, alium cum formidine reputantem pie abstinere ab assercione, et secundum quod adest vel deest certitudo, sic asserere vel cavere.

unde securum videtur, cum discrecione et prudencia pauca loqui.

St. Paul justified in telling the 'lie' above mentioned

quantum ad assercionem apostoli, tenendum est ex fide, quod non est mentitus in illo dicto propter humilitatem vel devocationem, sed dicit se minimum apostolorum, quia fuit novissimus tempore et per consequens habens pro tunc horam brevissimam completi apostolatus vel tertio consideravit secundum expositionem beati Gregorii vicesimo quarto Moralium cap. octavo, quomodo persecutus est ecclesiam Cristi, ut patet Act. nono, et secundum illam rationem peccati singulariter conceptam dixit, se esse apostolorum minimum. 'Paulus', inquit, 'cum ceterorum sanctorum sollicitudinem in predicacione robustius laborando transcenderet, ut ab elacione se premeret et vires suas in humilitatis gremio nutriret, crudelitatis sue || antique non immemor, apostolorum omnium innocenciam contemplatus ait: ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei. et tamen omnium apostolorum primus, quasi accepti principatus oblitus, ac si minus aliquid ipse saperet, in Paulo sapienciam miratur, dicens secunda Petr. tertio: sicut et karissimus frater noster Paulus

1 certe *D* 6 securum *corr. A* 8 *A¹ in marg. inf. folii rubris litt.*: ego sum minimus apostolorum, quomodo est intelligendum 9 in *ACD* ex *B^a* 13 consideravit *B^a*, in *corr. A* desideravit *D*; *C*, sed expuncto de et superscr. con vocem sanavit 14 ⁷⁰ codd. 21 credulitatis (?) *B^aC* in extrema parte folii (59d) cod. *A nota memorialis invenitur haec*: antique non immemor, quae vix legi possunt *A¹ in marg. sup. fol. 60^a minio*: nota de humilitate apostolorum 25 quasi *AB^a* qui *CD* 26 ipse *ACD* esse *B^a* 27 miratur *D^a in marg.*, corrigens miratur vel iuratur, quod in textu verborum scriptis prima manus 2^a om. *AD* 28 carissimis (?) *B^a*

9 *I. Cor. 15, pag. 297—298* 14 cf. *Opp. (ed. Migne) Ser. I 76*
15 v. 1; 21; 4 27 v. 15—16

secundum datam sibi sapienciam scripsit vobis in omnibus epistolis, loquens in eis de hiis, in quibus sunt quedam difficultia intellectu. ecce, Paulus in apostolis miratur innocentiam et Petrus in sPaulo miratur sapienciam. quid est hoc, nisi quod sancti viri, dum intenta consideracione vicissim sibi alios preferunt, volancia animalia alarum percussione se tangunt, ut signatur mistice Ezek. tertio? et sic ad volatum eo se alcius excitant, quo humilius alter videt in altero, quod miretur.

ex istis dictis beati Gregorii notemus primo, quod non wlt, quemquam propter humilitatem mentiri de alio vel se ipso, sed ut vere licet, equivoce ubilibet asserendo vel sine assercione utrumque humiliter reputando de struxerunt sancti humilitate arroganciam et temerarium iudicium, et per consequens ascendendo secundum virtutem per humilitatis gressum ad maiora profecerant.

notemus secundo, quomodo moderni prepositi secundum scolam diaboli respicientes in eis sublimia, celando turpia, iudicant in fratribus turpia dimissis virtutibus, et sic de sua excellencia contendentes meliorum vitam despiciunt, et quoad fastum secularem dimisso honore ex dignitate officii instar luciferi se extollunt. 'tales', inquit, Gregorius, 'aliorum vitam respiciunt, non quibus humiliando se postponant, sed quibus superbiendo se preferant'. et istam viam anticristi reor esse turbacionem tocius exercitus cristiani. nec dixit apostolus falsum, quod non fuit dignus vocari apostolus, quia intellexit, quod non fuit dignus ex se nec ex vita blas-

*But the modern
prelates in their
sinful selfishness
condemn their
brethren*

1 sicut et in *B^a* sicut in *D*, *superscripto* et *inter*
 sicut et in *C* 8 eo *om. A* 9 aliter *A*, *expuncto* i
 12 aliquo *B^a* 13 ut *AD* vel *B^aC* 15 humilitatem *D*
 18 *A¹* in *marg. miniatum* superbia prelatorum 21 meli-
 oreum *B^a* 23 onere *C* 26 se *om. D* 28 quia in *folii*
 294 cod. *B ultima verba sunt; in marg. inferiore huius folii*
B³ *notavit* Nota, quod apostolus non dixit falsum dicendo, quod non fuit dignus vocari apostolus, quia intellexit; quod non fuit dignus ex se nec ex vita blasfema, quam vixit persecutor
B¹ in *marg.*: Nota

8 cf. Ezech. 313: *audi vi vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram* 24 cf. *ibid. pag. 298*

fema, quam vixerat persecutor. unde quia vitam illam sibi odibilem habuit singulariter impressam in anima, *St. Paul does not boast of his own worthiness, but praises God's grace* ideo pro illa negat, quod est dignus vocari apostolus, sed concedit, quod post dignitas apostolatus fuit data sibi ex gracia. gracia, inquit, dei sum id, quod sum. et patet, quod apostolus docet dicere veritatem tam in bono quam in malo semper ad laudem dei et utilitatem ecclesie, sed numquam mentiri, licet male ipsum intelligens menciatur.

septimo arguitur, quod licet mentiri eo, quod licet ¹⁸ paciendo deceptionem dei, quidquid deus dixerit, homini affirmare. quis, queso, puniet aut convincet taliter mencientem, aut quomodo taxabitur pena tanti mendacii ad penam mortalis vel mendacii levioris?

in isto argumento tanguntur tria. primum stat in ¹⁹ noticia quiditatis mendacii, de quo dictum est, quod sumitur nunc materialiter pro dicto mendacii, cuiusmodi est omne dictum vel factum contra legem dei, sed mendacium formaliter intellectum est defectus simplicitatis, qua creatura rationalis dicitur formaliter mendax, et ²⁰ || ille est omnino peccatum, sicut et omne peccatum est ^{fol. 60b} mendacium. et patet, quod nullum mendacium formaliter dictum est passio vel pena peccati, sed est defectus veritatis, in quem mendax incidit in penam peccati. et sic primum mendacium est omittere dicere veritatem, ²⁵ sicut peccatum omissionis precedit peccatum commissionis. omnes igitur peccatores commutaverunt veritatem dei in mendacium, sicut loquitur apostolus Rom. primo, quia debuerunt intellectu et affectu pure tendere in primam veritatem, sed declinaverunt duabus viis omit- ³⁰ tendo cultum simplicem veritatis, quod est mendacium.

5 gracia *om. B^a*, locus *inter ex et* gracia inquit *rasus et vacuus relictus est* 15 *A¹ in marg.*: Nota *in marg.*

infer. A² notavit Mendacium intelligitur <^{materialiter}
^{formaliter}

18 *D⁵ in marg.*: mendacium 21 *A¹ in marg. super.*
fol. 60^b *minio*: subtilia de mendacio

sed dubium posset esse, si deus dicit decepto suo falsitatem, dum tradit eum in sensum reprobum. et videtur omnino, quod deus non potest dicere falsitatem. dicit tamen omnem creaturam et per consequens dicit 5 et asserit sensum reprobum sive falsum non secundum rationem qua reprobis, sed secundum rationem qua creatura dei, cti ex defectu hominis et non a deo inest obliquitas, mendacium aut falsitas. et sic deus dicit sensum falsum, qui non est sensus suus, licet ille sensus 10 sit suus, sicut hoc capud est dei et tamen non est capud dei. et ita deus mendaces, qui omiserunt colere eum, tradidit in sensum reprobum, ut faciant ea, que non convenient, cum deus intendebat omne positivum in opere peccatorum, sed non tradidit eos in 15 sensum huiusmodi, ut non convenient ea, que faciunt, quia tunc deus intenderet disconvenienciam. omnem enim actum intendit deus et omnem finem positivum, qui exinde sequitur, sed eo ipso, quo fit actus peccati, peccator intendit unum finem, quem oportet deficere, et 20 necesse est, omne mendacium frustrari a fine, quem mendax intenderit, cum deus sit forcior quam pater mendacii. nam omnis peccator intendit bonum beatitudinis ex quocunque actu peccati, quem fecerit; quem finem oportet deficere ex peccato. nemo enim facit 25 aliquid nisi gracia boni, ut nemo mechatur nisi propter bonum delectabile. et sic de quocunque actu peccati, in quo desideratur finis bonus, et per consequens in quodam confuso involucro beatitudo et per consequens ipse deus. sed oportet, finem illum frustrari quoad illacionem 30 huius medii, cum sit mendacium abducens a tramite veritatis.

quoad secundam difficultatem quesitam patet, quod necesse est, veritatem punire omnem mendacem propter

4 *A¹ in marg. super. cum sig. marg.:* quomodo deus dicit sensum, qui est falsus 6 *reprobet B^a* 9 *qui ACD*
quod B^a 12 *bene faciant CD, sed C² (?) expunxit bene*
21 intendenter in fine corr. A *sit om. D* 31 *A¹ in*
marg. rubr. litt.: nota

11 *cf. Rom. 1,25*

28 *involucrum = fasciculus*

offensionem in eam, quia, ut dicit Augustinus tercio De Libero Arbitrio vicesimo quarto, omne peccatum pena essencialis consequitur; magnum igitur malum est, viam veritatis deserere, cum ut sic sit mendax a veritate distancior. potest autem homo probabiliter convincere s fratrem suum super mendacio, cum potest docere ex famoso modo loquendi, quod vincendus dixit taliter assertivé, et quod illud sit falsum, potest convinci ratione testimonio vel scriptura. et si dicatur, alium nescire, ad quem sensum hoc dixerit, et utrum assertive vel re-¹⁰ putative potest patere, ad quem sensum fuit pertinens ipsum loqui, et si impertinenter sophisticatus est men-^{fol. 60c} ciendo, puniendus est ut mendax, || cuni homo potest mentiri dicendo veritatem. quamvis enim iocose men- ciens non asserat in conciencia suum mendacium, tamen asserit ipsum in apparenzia, cum dicit ipsum tamquam verum, que duplicitas in conciencia et apparenzia includit culpam mendacii. unde si talis contenciosus mendax reciperet a proximis secundum suam proterviam, foret omnino infamis exutus a comunicacione cum fratri-²⁰ bus. sicut enim ipse dixit, proximum ignorare sentenciam ligwe sue, sicut et ignorat secundum loquela, per quam exprimit sensum suum, ymmo cum dicit, licere mentiri, ipse potuit mentiri in explanando sentenciam verbi sui. et ita, ut protervit sensus suus, est cuicunque alteri²⁵ omnino inevidens, sic videtur michi, quod talis non reciperet ex comunicacione loquele beneficium fraternum, sed ipso petente panem proximus porrigeret sibi lapidem, et sic de aliis subsidiis postulatis. omnis igitur finis comunicandi cum taliter mendaci foret frustratus eciam³⁰ plus, quam credendo sonum lapidis, quia ipse perverteret finem operacionis nature plus quam inanimata per se sonancia.

3 malum igitur malum *A* 8 et *om. D; C, sed inter lin. add. prima manus* 13 *A¹ in marg. sup. cum sig. marg. miniativit* nota de duplicitate mendacii 22 *sicut AB^a, C^b*
inter lineas sic *D* *om. C* secundum corr. *AC*
sensu B^a *suam in loco raso D* 25 *quicunque AD*
27 reciperet corr. in fine A *recipit D* 30 *cum B^a*
non AD *om. C*

et patet conclusio Augustini, quam sepe repectii, quod periret humano generi comunicacio ligwe et periret sibi veritatis autoritas, si licitum est mentiri. non enim foret tunc fides adhibenda impositoribus terminorum, que cum forent impossibilia et finem nature ac comunicacionis ligwe hominum destructiva, patet, quod necesse est, homines credere signis inanimatorum et magis hominum. aliter enim periret fides et sciencia, que secundum philosophos ex sensu oritur. sicut igitur natura ad nostrum mutuum subsidium dat nobis vocem et sensum comunicandi concorditer in conceptu, sic debemus isti fini nature intendere et non abutendo mediis nature plus quam bestie variare. unde, velit nolit talis proterviens, contingit, fratrem suum probabiliter noscere sensum suum, et sic quod in casu asserendo falsum committit mendacium.

nec valet illa Achademicorum protervia, qua hodie dicitur, quod nemo iudicaret de malicia operis fratris sui eo, quod latet intencio et substancia operis, ut inquiunt, potest bene fieri. evidencia enim, qua arguitur a propositio de possibili ad suam de inesse decipit hoc ponentes, nec tunc solum tolleretur omnis comunicacio cum hominibus in loquela, sed specialiter destrueretur lex ewangelica de correpcione fraterna, lex ecclesiastica de correccione subditorum prelatis ecclesie et lex politica de probacione in bono vel in malo capta a testibus. ideo ista posicio se ipsam destruit.

licet autem cristiano prudenter de malicia proximi iudicare; primo iudicando se ipsum, ne contaminetur peccato consimili iuxta illud Matth. septimo: ypocrita,

10 nostri *B^a* 12 mediis *B^aD* terminis (*expunctum*)
mediis *A* signis *C*; sed *prima manus cum sig.
marg. corrigendo adscripsit margini* mediis 17 *D²* in
marg.: Nota valet *AD*, (?) *C* videt *B^a* 19 *D²* (?)
in marg. notavit de correpcione fraterna 26 in *om. B^aCD*;
A, sed *inter rigas add. aliquis* A¹ in *marg. miniavit*
Iudicium de proximo

If lies be al-
lowed, faith as
well as science
will perish

and so will
perish social
intercourse be-
tween men, the
law of Christ
and of the
Church

1 cf. supra I 157; cf. etiam C. J. C. Decr. I c. 7 Dist. IX
17 cf. ea, quae Augustinus de hac protervia variis locis sub-
tiliter disputat Opp. tom. XI 220; 262; 577; XII 393 30 v. 5

eice primo trabem de oculo tuo. secundo habendo probabilem evidenciam, licet non demonstrativam, quod opus sensibile sit factum contrarie legi dei, quia de alio opere et iudicio temerario dicitur Matth. septimo: nolite iudicare et non iudicabimini, et tertio, quod in tencio sit cum dolore de peccato proximi, ut tali iudicio emendetur. unde Matth. sexto dicitur: si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.

de ista materia alias diffuse || pertractavi.

fol. 60d

Venial and mortal sins distinguished and criticised

quoad tertium punctum patet, quod dei veritatis ¹⁰ est taxare gravedinem mendacii. unde correspondenter dicendum est de distinccione mendaciorum mortalium et venialium, sicut dictum est libro quinto capitulo de distinccione gravedinis peccatorum, cum ex equo omne mendacium sit peccatum. in viro autem, cuius status ¹⁵ debet ex professione esse ultra secularem perfectus, videtur michi, quod quolibet vocale mendacium foret mortale. et hoc intelligunt doctores ponentes, omne mendacium in viro perfecto esse mortale, hoc est, in viro, qui inmediate ante mendacium est perfectus. quo- ²⁰ modo loquitur scriptura? Rom. quarto concedens, quod deus iustificat impium. nec contradicunt isti sentencie contenciose sophisticantes, quod, licet nullum peccatum sit mortale in viro perfecto, tamen in viro imperfecto quantumlibet leve mendacium est mortale, ²⁵ cum in criminoso, qui est imperfectissimus, quantumcunque leve peccatum commiserit, ipsum ratione concomitancie est mortale. — tales autem equivocaciones non tangunt difficultatem.

⁷ 6^o om. B^a ⁹ A¹ in marg. super. fol. 60^d rubris
litt.: omne vocale mendacium in viro perfecto est mortale;
¹¹ in angulo dextro aliquis scripsit taxare, notans verbum quod-
dam paginae sequentis, quod corrigerem sibi proposuerat
¹¹ taxare radendo aliquis correxit A ¹⁵ cuius bis, prius
^{expunctum C} ²¹ 4^o in lacuna supplevit A lacuna B^aCD
²⁷ concomitancie B^aD comitancie A, sed superscripto
con emendavit aliquis

⁴ v. 7 ⁷ v. 22 ⁹ cf. supra I 128 ¹³ Summae
libro V, cuius editio in manibus Loserthii est, nondum
publici iuris facto, hunc locum conferre non potui ²¹ v. 3;
7—8

videtur enim, quod omne mendacium sit mortale, quia omne peccatum, pro quo deus perdet subiectum, est mortale; sed Psal. quinto deo dicitur: perdes omnes, qui loquuntur mendacium, ergo omne mendacium est mortale. nemo enim mentitur vel est mendax in omissione aut commissione, nisi proporcionaliter loquatur mendacium.

confirmatur ex hoc, quod omnis mendax in quantum huiusmodi deserit veritatem et per consequens deum suum. quomodo, queso, posset intencio fallendi excusari, quin contrariatur regulis caritatis, cum nemo vlt, se falli?

ideo videtur michi, quod omne mendacium explicitum, in quocunque fuerit, quodammodo est mortale, et sic omnes, qui loquuntur mendacium, formaliter intelligo, quodammodo a veritate sunt perditи perpetuo, si finaliter perseverent, et temporaliter, si finaliter resipiscant.

unde inter alias cautelas diaboli per hoc excecat genus hominum, quod introducit spissim peccata in homines vel sub pallio, quod non sunt peccata, vel peccata levia sub colore, quod excusent peccata graviora, minime ponderanda, et iste error continuatus in populo pervertendo gentem induceret hereses graviore. sic enim optinet abusus in humanis legibus, quod tam mendacium quam periurium in contendentibus creduntur condicione laudabiles, sic quod in testium examinacione et deposicione, in querele proposicione et appellacione mendacium superhabundans inseritur pro cautela, cum terrebit partem adversam ex defamacione et falsa testificacione. sed iuxta principium menciemcum licet imponere quotlibet falsa proximo et de omnibus unum, quodcunque libuerit, eligere ad probandum. sic igitur

A liar despises God, truth, charity

Not to call a sin a sin, is diabolical sophistry

2 A¹ in marg. infer. folii cum sig. marg. rubr. litt.: omne mendacium est mortale et multa subtilia de illo 17 A¹ in marg. min. nota 19 homine B^a 20 excusent C; in fine corr. A excusant B^aD 23 oportet B^a 29 licet imponere bis, posterius expunctum C 31 quodcunque A quodque CD; B^a, sed addito in marg. cum B¹ quodcunque legi maluit

secundum fidem scripture, si lex Christi de cavendo mendacio fuerit, quantum debet, inter homines practizata, superflueret habere quamcunque legem humanam.

*We can dispense
with any human
law, also in the
Church, if we
have Christ's
laws in our
hearts*

unde in penam peccati theologorum est, quod ecclesia sit tot humanis tradicionibus onerata. si enim omnino 5 abesset ab ecclesia peccatum ligwe, quomodo omitteret cristianus, laudare deum vel corripere fratrem || secundum fol.61a regulas legis Cristi, aut quomodo verbis irritatoriis gigneret pugnas, lites vel dissensiones in populo, aut quomodo sine cartis aut aliis ritibus adinventis sufficeret 10 verbale testimonium cum memoria proximorum? esto quidem, quod fur captus generaliter confiteatur delictum, et quod positus in adopcione fideliter spondeat, quod non de cetero sic delinquet, nonne foret sic melius, quam ad dampnum sui atque reipublice suspendatur? 15 correccio vero fraterna faceret fidem servari in sponsentibus.

dubitant autem logici posito, quod Petrus caritative et firmo proposito iuret, quod non amplius sic peccabit, et victus a concupiscencia frangat votum in posterum, 20 utrum pro tempore periurii fuit mendax. videtur, quod non, quia tunc peccasset mortaliter, habens intentionem fallendi consequens contra casum; sed videtur, quod sic, quia pro illo tempore fuit periurus, sicut patet de absolucione ex conscientia expectanda. ex quo videtur, 25 quod fallendo se et populum mentitus est in depcionem pacis populi periurando. non enim oportet, quod post infraccione voti incurrat vocale periurium sive mendacium, sicut patet de quiditate et distincione peccatorum et de forma expositorie arguendi. 30

hic videtur supponendum, quod opera temporaliter distancia componunt unum opus, et sic opus posterius inficit primum opus, cuius caritas dependet a futuro. et

3 quantumcunque <i>D</i>	5 honerata <i>B^a</i>	13 adepctione <i>B^a</i>
14 nonne <i>ACD</i>	non <i>B^a</i>	18 <i>A¹</i> in marg. min. dubium
19 non in amplius <i>B^a</i>	25 expetenda <i>B^aCD</i>	26 de
<i>D</i>	27 periurando <i>C</i> , corr. <i>A</i>	peiorando corr. <i>D</i>
periurando <i>B^a</i>		

18 Petrus = 'homo aliquis', ut logici 'Gaio' et 'Balbo'
in scholis solent uti, cf. supra I 128,

sic Petrus non fuit in gracia nisi secundum quid pro mensura bone voluntatis; et posterius opus per precedens inficitur, que infeccio est in tempore amplectente ambo opera. et sic iuramentum non incipit infici, sed pro 5 illo tempore aggregato inficitur et manet ad tempus falsum speculative sine culpa et post fuit falsum moraliter. post dico pro tempore secundum partem posteriori, et sic non, quandocunque manebit hoc iuramentum, manebit meritorium, ut alias diffuse dicitur.

CAPITULUM UNDEVICESIMUM.

Redeundo igitur ad materiam secundi argumenti tacti *Holy Scripture in all its parts is true* in principio capituli quinti decimi videndum est primo, quomodo autoritates allegate intelligende sunt catholice, quia ex testimonio sanctorum non debent intelligi sic 10 blasfeme, dicente Augustino libro Super Matth. sermone sexto decimo: 'cum corde nostro nos concordemus, et scriptura sancta in nulla parte discordat'. ideo, ut sepe dixi, est pudenda evidencia: scriptura non est vera ad literam, ad verbum vel ad sensum carnalem male elicitum, igitur 15 20 scriptura sacra est falsa ad talem sensum.

quantum ad tres autoritates dictum est superius capitulo *tredecimo*, quomodo verum est de virtute sermonis,

1 quod *B^a* 2 per *D*, om. *B^aC*; *A*, sed in marg.
add. *aliquis* precedens *D*, in marg. iteravit *D²*
7 posteriorem *B^a* 8 quantumcunque *D* 9 alibi *B^aCD*
10 Cm 19^m *A¹* in marg. rubr. litt. Cam 18^m *B^aCD* in
marg. redeundo corr. *A* 15 inter libro et super cuncti
codd. lacunam exhibent; et sic saepius infra, ubi patres testes
citantur; non testabor 16 16^o *B^aD*, *A¹* in marg.
6^o *C*; *A* in textu 18 non *AD* sacra non *B^a*, non *C*,
sed prima manus inter rigas add. sacra

9 quo loco *JW* in libris hucusque publici iuris factis
hanc propositionem de natura operum temporaliter distan-
tium disputet, invenire non potui; de 'quandalitatibus in-
divisibilibus temporis et mundi' cf. *Trial. cap. II* pag. 80 sqq.
12 cf. supra I 378 sqq. 15 cf. *Opp. tom. VII* (*Sermo*
LXXXII de Verbis Evang. Matthaei) 443; *ibid.* (*Sermo LI de*
Concordia Matth. cum Luca) 285 22 cf. supra pag. I 304 sqq.

quod doctrina Cristi non est Cristi, sed ipse Cristus. et cum Cristus sit duarum naturarum utraque, quomodo est verum, quod pater maior est Christo quoad Cristi humanitatem, et tamen Christus est equalis patri quia secundum divinitatem?⁵

Difficulty in the interpretation of John 14:

sed illud Joh. duodecimo: qui credit in me, non credit in me, habet novam difficultatem. unde doctores varie exponunt illud, quilibet sine repugnancia || satis catholice, doctor autem de Lyra exponit illud ^{fol. 62b} sic: qui credit in me, non credit in me, scilicet ¹⁰ solum; 'aliter', inquit, 'esset contradicatio, ideo sequitur: sed in eum, qui misit me. quia una est fides patris et filii et una visio, que succedit fidei; ideo sequitur: qui videt me, videt eum, qui misit me, quia pater et filius sunt una simplex essentia, licet distinguantur ¹⁵ in proprietate relativa. natura autem relativorum est, quod cognito uno cognoscitur et reliquum, cum sunt similia natura et intellectu'.

alium autem sensum magis subtilem et profundum, licet huic consonum, exprimit Augustinus Super Joh. ²⁰ omelia quinquagesima quarta. pro cuius expositione notandum primo, quod apud Augustinum fuit hec fides famosa, quod Christus est trium naturarum quilibet. patet hoc omelia quadragesima septima. secundo notandum,

1 cum *ACD* tunc *B^a* 6 ^{10^a} *cuncti codd.*
 8 quilibet *B^aC*, correxerunt *AD* 9 *A¹* *in marg.*
sup. fol. 60^b *notavit* Expositio illius Joh. X^o: Qui credit in me, non credit in me 11 *id. quae sequebantur
 erasa B^a, in marg. add. B¹ o. ut id legi voluisse videatur
 17 sint B^aC* 18 simul *B^aCD* 19 *B^b* *in marg. add.*:
 nota intellectum illius scripture: qui credit in me, id est, qui credit in me secundum divinitatem. non credit in me, id est (*haec duo postmodum inter rigas addidit aliquis*) non vel sic credit in me secundum humanitatem. hec Augustinus Super Joh. omelia LIV

2 cf. *eandem sententiam Trial. lib. III cap. XXVII*
pag. 223 sqq.; De Beata Incarnatione cap. IX pag. 143; 'duplex
forma, deitas et humanitas' ibid. pag. 41 et 126 6 v. 44;
cf. ea, quae de hoc dicto Jesu Christi subtiliter et diffuse dis-
putat, August. Opp. tom. IV (Tractatus LIV in Joh. Evan-
gelium) 859 sqq.; cf. etiam supra pag. 3 9 cf. *Opp. V*
pag. 1216 20 cf. *Opp. tom. IV 859* 24 cf. *ibid. 808—810*

quod humanitas Cristi sicut et quelibet creatura ac Cristi divinitas dicuntur esse equivoce. ex quo patet tertio, quod hic non est contradiccio, sed summa subtilitas in logica ac metaphysica: qui credit in me, ^s subintelligendo secundum divinitatem, non credit in me, suple secundum humanitatem. nemo enim credit in naturam vel personam nisi in deitatem. ideo dicitur in simbolo: 'credo in deum patrem, credo in Jesum Cristum, et credo in Spiritum Sanctum'. 'nullus', inquit ^{eo} Augustinus, 'apostolorum audebat dicere: qui credit in me etc. credimus enim apostolo, sed non credimus in apostolum, non enim apostolus iustificat impium'.

It is Christ who justifies the sinner, not one of the apostles

ex istis colligitur, quod increpandi sunt, qui viciant hanc scripturam tam salubriter ac subtiliter a Cristo ^{ts} positam ad elidendum hereses, quas Christus scivit de ipso in ecclesia successuras, ut aliqui negaturi erant eius divinitatem sicut Arriani et Saraceni, alii autem eius humanitatem ut Fotiniani. ideo complectendo utramque naturam dicit subtilissime quoad logicam: qui credit ^{zo} in me, non credit in me, 'ne', inquit Augustinus, 'totum, quod de Christo creditur secundum hominem creditetur. ille, inquit, credit in me, qui non credit in me secundum id, quod me videt', sed credit in patrem, et per consequens credendo patrem credit, ipsum ²⁵ 'habere filium naturalem et equalem' super filios adoptionis. ideo dicit Joh. quarto decimo: creditis in deum et in me credite. 'non', inquit Augustinus, 'a se abstulit credentis fidem, sed voluit in forma servi remanere credentem.' ideo, ne putetur excludere omnino fidem ³⁰ credendi in eum per hoc, quod dicit: sed in eum, qui misit me, statim subiunxit exhortativum ad videndum

¹⁰ Augustinus in marg. adscr. A¹ om. in textu A
¹⁸ ut inter lin. post suppletum A fontiniani B^aD
 (distincte scriptum) fontianii A 19 naturam om. B^a
²⁴ in patrem B^aCD 23 adoptivos B^aD 26 10^o B^aCD
²⁸ voluit B^a noluit D voluit C cum expuncto v
 et superscripto n noluit A, sed incertus sum, utrum ille
 n an v legi maluerit 31 iniungit B^a iniunxit CD

¹⁰ cf. ibid. 860 18 de 'Fontino' et eius sequacibus
 cf. supra I 305₄ 20 cf. ibid. 860 26 v. 1

supremam naturam in ipso, secundum quam est persona dei, quando sic infert: qui videt me, suple, secundum naturam primam absconditam, videt eum, qui misit me, quia impossibile est, fide formata videre unam personam divinam, nisi videatur et quelibet. ⁵

grande itaque peccatum est dampnare tam subtilem logicam Cristi in fomentum precipue fidei seminatam. idem est hoc secundum Augustinum et infirmum contempnere medicinam. unde Ambrosius Epist. quadragesima sexta contra quendam Apolinariastam negantem, ¹⁰ quod Cristus pro nobis servitatem suscepit, 'apostolus', inquit, 'clamat, quod formam servi accepit, || hoc munimentum, hec spes est fidei nostre; qui hanc destruit, destruetur ipse' et sequitur: 'servus peccatum, obprobrium, maledictum factus est pro nobis Cristus, agnus, ^{fol. 6rc} ¹⁵ vermis et multa similia, que nemo dubitabit dicere, cum pie scripta sunt', et declarat sensum ex scriptura secundum naturam duplensem. licet igitur moderni remurmarent contra scripturam, tamen unum restat nobis solacium, quod sicut oculus strabonis vel aliter defectivi ²⁰ non inficit rectum librum, sicut nec error aliorum sensuum falsificat suum verum obiectum, sic nec terror intellectus sinistre concipientis scripturam sacram falsificat ipsam, sed forte ad sui dampnacionem fabricat scripturam

*All subterfuge
and misinterpre-
tation of the
modern doctors
cannot impair
Scripture truth,*

1 supremum *B^a* 5 nisi et videatur *B^a* 6 depravare *B^a* 9 XXXVIII^a codd. 12 *A¹* in marg. super.
fol. 6rc add. nota, quomodo solus pater scit diem iudicii
munimentum *adscriptis D²* margini, nomine in textu in-
distincte scripto 13 nostri *B^a* destruit margini
adscriptis A 20 defectiu *D*, qui expuncto u legi voluit
defecti defectum *expuncit A* in textu, *adscr. A¹* in marg.
defective 21 sensuum om. *D*

9 S. Ambrosius, episcopus Mediolanensis, fide, pietate, constantia, eloquentia nulli suea aetatis secundus, obiit a. 398. editionum operum eius memoratu dignae sunt editio ex rec. Maurinorum (J. Frischii et Nicol. Nurriti) Paris. 1686 et 1691, 5 tom.; Venet. 1748 sqq. 4 tom.; Ballerini, Mil. 1875 sqq. 6 tom.; Migne, Patrol. II 14—18, qua ego usus sum; cf. Fabricius, Bibl. lat. I 224 10 de Apollinaristis cf. supra I 305 12 cf. Migne, Patrol. I 16 pag. 1145
14 cf. ibid. pag. 1146—1147

erroneam patris mendacii, simplicium sophistice deceptivam.

et sic intelligenda sunt multa, que Cristus dicit de se humanitus, ut de die finalis iudicii dicit: de die illa et hora nemo scit neque angeli celorum nisi solus pater, et Marc. tredecimo dicitur: de die illa nemo scit neque angeli neque filius nisi pater. super quo Augustinus Matth. serm. nonagesimo septimo de die novissimo¹ huius seculi: 'audistis, quia nesciunt eum neque angeli celorum neque filius nisi pater, ubi quidem est magna questio, ne carnaliter sapientes putemus aliquid patrem scire, quod nesciat filius'. wlt autem celestis philosophus docere nos, quod sciencia creaturarum, que est accidentalis, actus vel habitus dicitur² equivoce respectu divine sciencie, que non potest esse nisi eterna et non accidentalis, ita quod humana sciencia dicitur respectu sciencie divine non sciencia. — wlt secundo magister noster nobis dicere, quod eadem in numero est sciencia trinitatis, que originaliter attribuitur³ deo patri. unde Augustinus, ubi supra, cum dixit: 'pater scit, ideo hoc dixit, quia in patre filius scit. quid enim est in die, quod non in verbo factum est, per quem factus est dies?' — et patet tertio, quod ratione equivocationis notande hic non est repugnancia vel falsitas⁴ de nescientia diei iudicii. nam nemo scit illum diem, si non pater, nec aliqua persona scit illum sciencia in-creata nisi sciencia comuni vel sciencia originata a patre. non tamen negatur, quin homines et angeli possunt scire illum sciencia creata ex participio dei sui. ideo loquendo

nor give any proof of a christological difference between Father and Son

¹ sicc^e D, breviatura ambigua, quae aetatis illius nullo modo propria est; D², de illa dubitans, sophistice in marg.
add. 8 super Matth. B^aD XXI^o codd. cuncti
13 creature B^aD creaturarum C, sed rum punctis sub-
scriptis delevit aliquis 16 quod ACD ut B^a
18 nobis in corr. A 28 posunt B^a, inter o et s littera
aliqua erasa est 29 ex (linea delet.) sciencia D

⁶ v. 32 8 cf. Opp. tom. VII (Sermo XCVII De
Verbis Evang. Matth.) 515; cf. etiam VII 823 cf. 2436
20 cf. Opp. IV 515

de sciencia creata dicit Luc. decimo: nemo scit, quis sit pater nisi filius, et cui voluerit filius revelare. equivocaciones igitur magistri nostri Cristi oportet nos notare, ne seducti in sensu scripture desit nobis autoritas allegandi, et sic preter exercitacionem meritoriam, quam ⁵ Cristus ordinavit suis discipulis studentibus equivocaciones huiusmodi et preter occultacionem, qua voluit sensum suum occultari infidelibus et indignis, reliquit nobis doctrinam salubrem, ne curiositate culpabili calculemus circa particularem scienciam diei iudicii. ideo dicit ¹⁰ Augustinus, ubi supra: 'nemo querat novissimum diem, quando futurus sit, sed vigilemus omnes bene vivendo, ne novissima dies cuiusque nostrum nos inveniat imparatos'. ignorancia quidem nostre predestinacionis, || nostre mortis et finalis examinacionis cum eis similibus,^{15 fol. 61d} licet indicent nostram miseriam, tamen cedunt humilibus in virtute meriti Christi ad gloriam.

*The meaning of
'negatio' and
'falsitas'*

secundo principaliter videndum est, in quo stat negacio alicuius. pro quo videtur, quod, sicut concedere rem est concedere, ipsam esse, sic negare rem ²⁰ est negare, ipsam esse. et correspondenter de noscere, scire et credere cum suis oppositis. sed preter istam significacionem negare sumitur communiter pro diffiteri dictum vel amiciciam alicuius. primo modo loquendo nichil negatur nisi falsitas infinite intellecta, ut puta,²⁵ quod deus non est, et sic de similibus. falsitas autem, que est privacio denominans, subiectum esse falsum, est

² *B³ in marg. addidit* Nota intellectum illius textus: nemo scit diem iudicii nisi pater. nam nemo scit illum diem, si non pater, nec aliqua persona scit illum sciencia increata nisi etc. *usque ad* participacione ³ *A¹ in marg. rubr. litteris:* equivocaciones Christi ⁹ incuriositate *B^a* ¹⁰ *C in marg.:* Nota incuriositate culpabili calculemus circa particularem scienciam diei iudicii. dicit Augustinus nemo etc. *usque ad* nostrum inveniat nos impreparatos ¹⁰ *C in marg.:* Nota cuiuscunque *B^a* ¹⁴ *A¹ in marg. super fol. 61d:* de negacionibus in scripture sacra; *paulo inferius:* qui peccat, negat deum *eadem manus, ut videtur, rubr. litt. addidit*

veritas, ut patet secundo Soliloquiorum sexto. sed prima falsitas videtur esse non entitas. et isto secundo modo loquitur scriptura sepius, et Luc. duodecimo dicit veritas, quod, qui negaverit ipsum coram hominibus, negabitur coram angelis dei, quia secunda Thym. secundo scribitur: si negaverimus, ille ne-gabit nos.

ex istis videtur, quod omnis peccans mortaliter, *To deny God is a deadly sin* negat deum. patet ex hoc, quod difficitur scolam Cristi ac eius amiciam, nec refert, sive in factis sive in verbis hoc fecerit quoad rationem negacionis analoge. unde ad Tytum primo dicit apostolus de pseudoapostolis in hypocrisi docentibus propter questum, quod confitentur, se nosse deum, factis autem negant, cum sint ad omne opus bonum reprobri.

secundo videtur, quod omnis peccans mortaliter est blasphemus, quia omne negare deum est blasfemia, omnis peccans mortaliter negat deum, igitur conclusio. unde sicut virtutes, sic et vicia sunt connexa, et sic intelligitur blasfemia Petri, de qua Matth. vicesimo sexto, Marc. quarto decimo, Luc. vicesimo secundo et Joh. undevicesimo. concessit autem Petrus, Cristum esse, sed mentitus est. unde in Canone undecimo quest. tercia capitulis 'Abiit', 'Estimant', 'Non solum' sub autoritate Augustini sic scribitur: 'non solum abnegat Cristum, qui dicit, eum non esse Cristum, sed ille etiam, qui negat, se esse cristianum. dominus enim non ait Petro: discipulum meum te esse negabis. negavit tamen Cristum,

and a blasphemy,

4 quod *in marg. adscripsit A* ipsam *B^a* *8 B^b* *in marg. notavit* hic notatur, quod omnis peccans mortaliter negat deum. ideo dicit apostolus ad Titum I^o de pseudoapostolis in hypocrisi docentibus propter questum, quod confitentur, se nosse deum, factis autem negant, cum sint ad omne opus bonum reprobri. et cum negare deum sit blasfemia, omnis peccans mortaliter est blasphemus *14 nosce D* autem *ACD* aut *B^a* *20 26^o ACD* *16^o B^a*

1 cf. Augustini Opp. tom. I. 451	3 v. 9	6 v. 12
12 v. 16	20 v. 69 sqq.	21 v. 66 sqq.
cf. Joh. 18 ¹⁵ sqq.; 25 sqq.		23 C. J. C. I c. 83—85 C. XI
q. 3 pag. 666—667		

cum se negavit esse eius discipulum. quid autem aliud fecit isto modo, quam quod se negavit esse cristianum? et sequitur: 'an apostolus Petrus, sicut quidam eorum favore perverso excusare nituntur, Cristum non negavit, quia, interrogatus ab ancilla, hominem se nescire, respondit? timendo enim mortem incidit in mortem. quanta enim vita est, confiteri Cristum, tanta mors est, negare Cristum'.

*and so is the
intentional
denial of the
truth*

tercio videtur, quod scienter negare scripturam sacram ut falsam et impossibilem est blasphemum. nam ¹⁰ quicunque negaverit legem dei, diffitetur, se esse sub lege illa vel hominem legium dei sui, quod omnino sapit blasphemiam. et tales potissime sunt pervertentes scripturam sacram de conversacione et pauperie Christi, 'de quibus Petrus prophetavit secunda Pet. secundo cap. ¹⁵ dicens: in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas || perdicionis, et eum, qui ^{fol. 62d} emit eos, dominum negant. que prophecia utinam non verificetur de nostris prepositis negantibus post donationem ecclesie, quod Christus et apostoli sui ex mandato suo duxerunt inopem vitam exproprietarie! talis enim est mendax nec differt, sive verbis sive factis negaverimus, nisi quod factis negans gravius peccat quam negans nudis verbis. unde credo, quod clericus, qui professus est legem Christi, declinando ad seculum peccat ²⁵ gravius quam datus Judeus verbaliter negans Christum. talis enim clericus est ut plurimum irrevocabiliter tamquam apostata obstinatus, quem plus offendit locutio de paupertate ewangelica, de ablacione temporalium et de excellencia status exproprietarii supra civile dominium, ³⁰ quam offendit perdicio gracie et virtutis lapsus persone vel populi in quantumlibet grave peccatum vel quantum-

⁹ A¹ in marg. infer. folii miniavit grave est negare scripturam sacram ¹⁴ sacram om. D ¹⁵ 2^a om. A

¹⁷ A¹ in marg. super.: contra negantes ewangelicam paupertatem ²¹ dixerunt B^a ²⁵ confessus D; C, sed ex-puncto con et superscripto pro C² restituit aliorum lectionem ³² quemlibet B^b

cunque notoria iniuria facta in deum. cuius rei testis est inquieta perturbacio et diligencia solicita vindicandi. de Judeis autem dicit Petrus Act. tertio: vos autem sanctum et iustum negastis, et tamen, ut dicitur s Act. quarto, multi eorum, qui audierant verbum, crediderunt, et factus est numerus eorum quinque milia. nos autem non possumus excusare nos ab infidelitate, qui post professionem cristianitatis tam verbo quam opere negamus fidem scripture, sumus in capitulo 10 eius, de quo dicit apostolus prima Thymo. quinto, quod, qui fidem negat, et est infideli deterior.

nec valet excusacio cogitata, qua fingimus, nos non negare sensum autoris, sed sensum verbalem erroneum, tum quia imponimus calumpniam scripture, intelligentes 15 ipsam ad sensum indebitum, tum quia sensum, quem fingimus, sequimur in effectu, tum tertio, quia negamus scripturam ut plurimum ad sensum domini, quod, ut in uno exemplo ostendatur de omnibus sibi similibus, capiatur textus Marc. decimo: ecce, ascendimus 20 Ierosolimam, et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis, et condempnabunt eum morte et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum, et tercia die resurget.

25 in ista scripture sacra habet adversarius concedere esse quinque manifesta mendacia ad sensum domini, quod sic ostenditur: eundem sensum habet deus modo de ista scripture, quem unquam habuit, sed aliquando habuit de prima sensum, de presenti et de quatuor se-

To make a difference between the meaning, the author gave to a biblical phrase, and its literal meaning is a trick of the slanderers

1 notaria AB^a; iam hinc lectio cod. Bodleiani (B^a) frequentius quam in praecedentibus capp. in peius mutatur, sic ut fere semper B^a solus contra aliorum consensum in corruptionem verborum abeat 3 autem om. B^a, add. in marg. B¹ 4 et om. B^a 10 1^a om. A 11 qui om. B^a 14 tum corr. B^a, iteravit in marg. B¹ tercio AB^a eciam C tercio correxit (ex eciam?) D 19 Matth. codd. 23 reserget B^a 25 et in D 26 esse om. B^a CD 28 que B^a

quentibus sentenciam de futuro, igitur adhuc sic habet. et ad illum sensum negat adversarius scripturam sacram ut impossibilem, igitur conclusio. licet enim prima proposicio de presenti a verisimili non fuit dicta a Christo pro adequata mensura ascensionis, cum sedens et stans 5 more suo locutus est, et, ut credo, non ambulando ut Peripatetici, tum aliquando fuit verum, quod conventus Christi ascendit, et per consequens deus aliquando scivit, illos ascendere, et cum non potest quidquam incipere vel desinere || scire, semper scit, ipsos ascendere.

10fol.62b

ex quo videtur, quod sensus, sententia et sciencia dei de prima propositione est, ipsos ascendere sicut primo, et sic iuxta illos ista scriptura est modo impossibilis ad sensum autoris.

et idem patet de quatuor sequentibus propositionibus 15 de futuro, quarum quelibet dicitur modo impossibilis saltem per accidens.

*Christ's sayings
on the future
times are
justified*

constat autem ex modo loquendi Christi, quod loquitur de presenti veritates preteritas et futuras, ut Joh. tertio: nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo. nec foret racio, quare nunc haberet sensum de futuro sicut quandam, quin per idem haberet sensum de presenti tempore suo verum. aliter enim ista proposicio de presenti numquam foret vera, nec alie scripture per apostolos exprimentes de presenti gesta 25 Christi nec aliique de futuro, cum, postquam erant scripte, lapse sunt in preteritum. et ita oportet disiunctim exprimere sensum talem de presenti, preterito et futuro, quod non sapit pro sensu divino.

*from the idea
of God's
immutability*

pro omnibus istis deductionibus oportet supponere, 30 quod deus non potest mutare sensum, scienciam vel intellectum suum, sed omne, quod sentit, intelligit vel cognoscit, eternaliter illud cognoscit. patet ex fide scri-

4 data *D* 7 cum *D* 10 definire *B^a* *A¹* in
marg. super.: quomodo deus est immutabilis 12 primo *ACD*
 pars *B^a* 20 ascendet *B^a* 26 nec *om. B^a* aliqua *B^a*
 30 *A¹* in *marg.*: immutabilitas dei

20 v. 13

31 cf. Lechler, J. v. W., I 493

ture Malach. tercio: ego dominus et non mutor. si autem mutaret sensum suum ad mutacionem sentiti, tunc foret in sensu summe mutabilis, capiens dependenter a sensibili sensum suum, ymmo sensus dei de successivo 5 componeretur successive ex sensibus instantaneis. nec sufficeret presciencia aut memoria dei capere de tali successivo simul, quantum sufficit sensus humanus, nec visio intuitiva in racionibus eternis sufficeret deo.

et sic de multis aliis inconvenientibus, que deducunt *which is upheld by all the doctors of the Church:*

10 tam philosophi quam theologi ex scriptura. nec vidi aliquem sanctum doctorem, quin reliquit in scriptis, istam sentenciam esse dampnabilem tamquam fidei repugnantem. unde Augustinus sexto De Trinitate decimo, postquam declaravit, deum esse plenum omnium racionum 15 vivendum et commutabilium, 'ideo', inquit, 'cum decadant et succedant tempora, non decedit aliquid vel succedit sciencie dei. non enim hec, que creata sunt, ideo sciuntur a deo, quia facta sunt, quin pocius facta sunt mutabilia, quia a deo sciuntur immutabiliter'. et idem 20 dicit Anselmus Monologion tricesimo tercio et tricesimo sexto capitulis, et Doctor Profundus libro primo capitulo vicesimo tercio adducit multas raciones et testimonia sanctorum ad eandem conclusionem. qua supposita patet, quod sensus domini de scriptura sacra est idem, 25 qui ante incarnationem. et sic iuxta adversarios forent omnes scripture tales impossibiles ad sensum autoris.

nec movet illud contra logicam scripture, quia iuxta quartam armaturam, cum apud deum omnia sunt presencia, ista proposicio prophetica, Cristus resurget, est perpetuo 30 vera, posita eius perpetuitate, sic signando, quia perpetuo

6 sufficit *B^a* 13 27^o*codd.* 15 et *ACD* in *B^a* in-commutabilium *B^a* decadant *AB^a* descendant *C* cedant *D*, *qui praecedens* des erasit 16 aliquis *B^a* 21 capitulis om. *B^a* 22 23^o om. *cuncti* 26 scripture: *explicit* fol. 125^a cod. *D*; in marg. super. fol. 125^b *D^a* add.: Nota de multiplici prophecia 27 quartam om. *B^aCD* 29 philosophica *B^a*

1 v. 6 20 cf. *Opp. (ed. Migne) Ser. II 158 pag. 188—190*
21 cf. *Bradwardinae De Causa Dei (ed. Savilius, Lond. 1618)*
pag. 237 sqq. 13 cf. *Opp. XI 122* 28 quartam armaturam:
vide supra I 171; cf. Lechler, J. v. W. I 492

*St. Augustine**Anselmus**Bradwardina*

signat, sicut est pro tempore suo. unde sicut non oportet ad hoc, quod proposicio hic sit vera, quod hic sit veritas, pro qua est vera, sed sufficit, quod alicubi sit veritas, quam sic signat, sic non oportet ad hoc, quod proposicio nunc sit vera, || quod nunc sit veritas sua, pro qua est ^{fol.62c} vera, sed sufficit, illam esse pro tempore suo. et ita non sequitur: deus nunc scit, quod Cristus resurget, 10 igitur nunc est ita, quod Cristus resurget, sed satis est, quod tempore ante mortem suam est ita. et sic de aliis propheticis.

nec sequitur: nunc non est ita, quod Cristus resurget, 15 igitur nunc est falsum, quod Cristus resurget, quia consequens est proposicio affirmativa, implicans, falsum esse, quod Cristus resurget, et per consequens non esse, quod resurget. et patet, si nunc non sit ita, quod Cristus resurget, tunc cum paribus nunc est falsum, quod Cristus resurget post hoc. idem igitur est dicere: nunc est ita, quod Cristus resurget, et nunc est futuricio resurrecionis Cristi, quod numquam est scriptura vel eius sensus.

et conformiter dicitur ad omnes alias consimiles ²⁰ prophecias. ingrossentur autem in sua integra, quod propheta sic dixit etc; et tunc non capit aliqua pars scripture calumpniam falsitatis.

*Prophecies:
their different
kinds and
purposes*

notandum tamen, quod quedam sunt prophecie comminatore, quedam condicione, quedam mistice et ²⁵ quedam simpliciter divine presciencie, ad quas discernendum in sensu suo simplici vel composito requiritur divina illustracio, ut illud Ysa. tricesimo octavo dictum Ezechie: dispone domui tue, quia morieris tu, et

1 sicut (<i>prius</i>) <i>ACD</i>	sic <i>B^a</i>	2 hic om. <i>B^a</i>
5 nunc <i>AD</i>	non <i>B^a</i>	om. <i>C</i>
veritas <i>paulo inferius</i> :	prophecia multiplex	<i>A¹ in marg. super.</i>
<i>infra haec verba</i> : non	16 nunc <i>ACD</i>	non <i>B^a</i>
cristus om. <i>B^a</i>	17 nunc <i>ACD</i>	nec <i>B^a</i>
quam <i>ACD</i>	nunc <i>B^a</i>	18 num-
<i>A, sed con. int. lin. superscr.</i>	20 consimiles <i>CD</i>	similes <i>B^a</i>
<i>in marg.</i> : prophecia multiplex	<i>B³ in marg.</i> : notatur	<i>24 A¹</i>
hic de multiplicitate prophecie	<i>CD (prima manus)</i>	
<i>in marg.</i> : Nota		

non vives, fuit dictum per viam comminacionis, ut sic confidens in domino resipiscat; et illud Jone tercio: adhuc quadraginta dies, et Ninive subvertetur fuit dictum ad literam condicionaliter, nisi populus resipsicat, et mistice, quod caro populi, que fuit inordinate predominans, foret per penitenciam suppressa. de qua materia tangitur proximo capitulo.

isti autem sensus preter literam relinquntur nobis in scriptura, ut consideremus, non esse peccatum aliquod ¹⁰ viatoris, quin, si finaliter velit conteri, deus non potest infringere legem misericordie ex qualibet sui preordinatione, quin convertatur ad veniam, si peccator debite convertatur. deus tamen scit, qui convertentur et qui permanebunt in sua obstinacia. que omnia sunt eque ¹⁵ necessaria ex suppositione, inculpabilitate utroque manente in dei ordinacione et sensu sue scripture.

quodsi obicitur, non esse certitudinem in propheciis secundum hanc glosam, cum conditionalis non ponit certitudinem de inesse, ymmo quelibet prophecia non ²⁰ est quoad sensum nisi historia, ut puta, quod propheta sic dixit, et sic foret confusio parcium scripture. dicitur, quod falsum assumitur, quia illuminatis ad intelligendum scripturas prophetice est certitudo in dictis propheticis secundum gradum illustrationis in prophetis, eciam nobis ²⁵ completis est certitudo, quod erant a deo simpliciter affirmatae.

et quoad prophecias nobis futuras sumus certi, quod generales evenient, que sunt fides ecclesie, applicandoque prophecias generales ad personas scimus, quod pro-³⁰phetatum de illis eveniet, nisi cicius resipiscant et vi- dentes continuacionem ingratitudinis peccati populi evidencia topica convicimus ex prophecia, quod data pena simpliciter eveniet, et quod fuit a deo simpliciter ordinata, ut de pena ecclesie per antichristum ex declina-

Even those that have not yet come true will bear testimony to the truthfulness of Holy Scripture

⁸ relinquentur *D* ¹⁷ *A*¹ *in marg.*: arguitur contra veritatem propheciarum ²⁰ quoad *B*^a*CD* conclusio
(9^o) *A* ³¹ ingratitudinis *C*, *A*¹ *in marg.* ingrava-
minis *AB*^a magnitudinis *D* ³² convincimus *D*
concludimus *vel* convincimus *C*

² v. 4 ⁷ tangitur: *respicere videtur ad cap. XVIII pag. 86*

cione a lege dei ad seculum. et talis noticia est ecclesie
vianti sufficiens.

Scripture is a whole and its single parts testify, in their special meaning, to the one great truth

quantum ad secundum obiectum sepe dictum est,
quod tota scriptura sacra || est unum dei verbum, et fol. 62d
quelibet pars eius debet ingrossari usque ad illud verbum s
integrum, quod beati in patria vident multitudinem veri-
tatum a deo dictarum. nec huic repugnat, sed consonat,
quod partes scripture habeant privatum sensum, aliisque
historiacum, aliisque propheticum et aliisque sapiencialem
vel mysticum. sed requiritur quintuplex via dicta octavo 10
capitulo ad recte capiendum talem sensum. ideo qui
potest capere, ex dono dei capiat, et cui non donatur
talis potestas, caveat, ne subvertat sensum scripture,
depravet vel contemptuat.

unde ad docendum ecclesiam, quod totus sensus 15
scripture est unum verbum domini, scribitur Ezech. primo
cap., quod factum est in tricesimo anno, quarto, in
quinta mensis, ubi sancti notantes usque ad coniunc-
tiones et accidentia scripturarum dicunt, quod iste pro-
pheta exorsus est prophetare cum coniunctione ad deno- 20
tandum posteris, quod tota sententia sua connexa est
quasi pars verbi domini, quod deus dixit sibi in spiritu.
sic enim uno ore locuti sunt unum magnum verbum
omnes scribe domini. residuum igitur illius verbi dis-
pensatum aliis vidit propheta confuse, cui copulat, quod 25
ipse vidit distincte, dum incipit scribere: et factum est
tali anno, tali mense et die.

sed tertio principaliter obiciunt sophiste, quod pars
scripture pendula est impossibilis et heretica, sed nulla

4 *A¹ in marg. super. add.:* nota, quod totus sensus scrip-
ture sacre est unum verbum domini 8 habent D
9 historicum CD, (?) B^a 12 dei om. B^a 15 u(nd)e,
quae sequebantur in B^a legi non possunt, quia membrana
fissuris perforata est 17 quod AB^a, expunctum C,
superscripsit et C² et in loco raso corr. D 18 con-
iunctiones AD convicciones B^aC 20 conviccionem B^aC
23 unum om. B^aCD 25 quem C

3 cf. ex. gr. supra I 169; 228 10 cf. supra I 167 sqq.
16 v. I 17 v. I: Et factum est in trigesimo anno, in
quarto, in quinta mensis sqq.

completa et integra, ut sunt tales partes lacerate: 'non est deus', 'nequaquam moriemini', 'iste homo peccator est', et sic de multis mendaciis in scriptura sacra de corpore diaboli recitatis, quia non videtur, quod animus cristiani posset ferri in scripturam talem integrum ad sensum scripture, nisi feratur in partem talem ad sensum impossibilem, et per consequens catholicus non est culpandus, licet concedat, scripturam sacram esse impossibilem secundum partem ad sensum, quem debet elicere.

hic dicitur, quod idem est concedere, scripturam esse impossibilem secundum partem huiusmodi, et concedere, illam esse impossibilem cum aliis appendiciis inconvenientibus recitatis, quia iuxta sic dicentes non est vera, autentica neque catholica nisi secundum partem et, ut recitatur quinto capitulo, separato falso scripture a vero iuxta sic loquentes pars plurior foret falsa. unde sicut in homine et quolibet corpore capiente pulchritudinem a figura est dare quotlibet partes quantitativas, que per se forent deformes, et tamen compaginate cum toto carent deformatitate, causantes totam pulchritudinem sui integri, sic est de partibus scripturarum. et sic partes scripture sic lacerate debent signare sensum sui integri suspenso tali sensu impossibili. aliter enim posset depravator scripture compaginare unum verbum de una oracione cum verbo de alia et dicere, quod illa est scriptura sacra secundum quamlibet eius partem et tamen notorie impossibilis, ut pervertendo illud Joh. septimo: nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate, in illud dogma blasphemum: nolite iudi-

The fundamental law of a sound interpretation is to consider Holy Scripture as a whole

To take out single words apart from their connection

11 *A¹ in marg. infer.:* quelibet pars scripture sacre est vera 16 11° *B^aCD* false *B^a* 17 *A¹ in marg.:*
nota 19 quantitativas *ACD*, *B^a locum vacuum reliquit,
sed B¹ addidit* quantitative, *quod vix legi potest, in marg.
scripture vocula laesa fissuris, quae in B hic reperiuntur*
30 in *ACD* cum *B^a*

2 cf. Ps. 141 cf. Gen. 34 iste etc.: haec verba nec
in veteri nec in novo test. inveni; fortasse JW in mente habet
I Reg. 8,46 aut Luc. 18,11 16 cf. supra I 101 sqq. 28 v. 24

care iustum iudicium, sed secundum faciem iudicate;
idem sunt termini utrobius.

*is as much a
perversion of
Scripture
teaching as any
change in the
meaning of the
words*

ideo non minus peccatum videtur, || pervertere ^{fol. 63a} sensum scripture stante ordine terminorum, quam habere sensum perversum signis transpositis. in ipsis enim nec sunt sensus nec mores nisi valde per accidens. igitur si cristianus ex perversa consuetudine lapsus sit in cogitationem talem impossibilem de parte scripture, doleat de peccato et nitatur refrenare animum, ne distincte cogitet talem sensum, sed feratur pie et distincte in ¹⁰ sensum catholicum.

hoc indubie est satis possibile, sicut possibile est, cogitare de hominē, non cogitando distincte de sua turpitudine nec de figure partis deformitate, posito quod esset per se, quod, si fidelis pie cogitet de sensu anti-²⁵ cristivo scripti vel dicti insipientium extra scripturam sacram, non propterea includitur, sed excluditur, quod scriptura sacra sit impossibilis, ut reminiscendo occasione scripture Cantici Canticorum de carnali copula mulieris non sequitur ex hoc, quod illa scriptura sit ²⁰ inhonesta vel carnalis. unde propter declinacionem a tali sensu ordinant Hebrei, quod nemo legat hoc canticum nisi senex.

et patet, quod valde culpandus foret theologus, qui imponeret scripture sacre calumpniam ex tali cogitatione, ²⁵ eciam distincta de blasfemiis perversorum. sic enim beati in celo ex libro vite cogitantes de peccatis ac penis ecclesie malignancium redderent librum illum mendacem et summe culpabilem.

unde et sophiste dicunt, quod proposicio capit suam ³⁰ denominacionem in veritate vel falsitate penes illud, quod signat primarie adequate. theologus autem per-

2 iidem *B^aC* 5 perversum *B^aCD* 6 ideo *CD*
per illum *A* 16 *D^a* in marg. adscripsit cave de superf
(sic, quae sequebantur abscissa sunt) intellectu scripture
incipiencium *A* 18 reminiscendo *B^a* 20 mulie-
rum *B^bCD* 25 imponere *B^a*; iam hinc eas *lectiones*,
quae in cod. *B* contra consensum ceterorum exstant, notare
omittam, nisi ubi lectionem rectam vel certe meliorem quam
ceteri libri cod. *B* mihi videtur praebere 26 esse *B^a*
30 *A¹* in marg.: falsum apud theologum

feccius ponit, quod nichil est falsum, nisi quod dicit mendacium, et sic omnis falsitas est originaliter in peccato et consistit in assercione duplicitatis.

nec licet blasphemare scripturam sacram propter pueriles significaciones infundabiles signi falsi, ut absit credere, si quis cogitat falsum per aliquid, quod tunc illud, per quod cogitat, erit falsum.

*Scripture not to
be despised on
account of its
simple or
childlike lan-
guage*

predicte igitur partes scripture signant primarie veritatem sui integri, et cum sint oraciones pendule incomplete, non habent extra se signatum eius adequatum, sicut nec ferens parcialiter lapidem habet partem lapidis sue sufferencie appropriatam, sed ferentes comunicant, sicut partes ecclesie comunicant in suffragio, quod impendunt aliis, et sicut beata trinitas comunicat in omnibus eius operibus, que communicant.

unde sicut vanum est querere, quid adequate significat istud triplex signum: et, non, igitur, vel aliud sincatheorema, sic vanum est querere, quid adequate signat illud: 'non est deus', ut est, scriptura sacra bene signat sic, demonstrando per ly sic suam significanciam et non significacionem vel signatum sibi adequatum. et sic dicitur de similibus, que, cum fuerint extra scrip-

5 signi correxerunt *CD, Ba* (? si igitur *A* si igitur *A*
8 *A*¹ in marg. infer.: nota, quid significat partes scripture
sacre primarie sacre signant *Ba, C om. sacre, quod C²*
in marg. add. contra *AD* 10 se signatum sicut *A, sed*
in marg. addidit aliquis eius adequatum, *quae inter* signatum
et sicut *interponi voluit* se signatum eis adequatum
sicut *BaCD* 12 sicut usque ad beata om. *Ba* 18 sin-
catheorema scripsi (cf. *De Ente Praedic.* [ed. Beer] cap.
XIX pag. 187); librarii verbum raro usitatum ignorantes
de recta lectione dubitarunt et mendose scripserunt sin-
cathegremma *distincte* scripsit *A* chinchathegremma *Ba*
sinchateema *C* cinchategren^{~~} *D* 20 ly sic *BaCD*
lysam *A* significanciam *A, D²* in marg. signan-
ciam *BaCD*

17 de vi vocis synkategorema cf. Prantl, *Gesch. d. Log.*
pag. 148 et Ind. III pag. 426 20 de notione voculae 'ly'
cf. ea, quae JW ipse profert *Logica I* pag. 239, III pag. 143
et frequenter inferius: et ita conceditur, quod tu scis, aliquid
esse, quando tu non scis, illud esse, ita quod ly 'quando'
determinat primum esse et non verbum sciendum; cf. etiam
supra I 82,

turam, carent veritate signi ex concomitancia. quando autem admittuntur in scriptura, tunc habent sacrum sensum excusso sensu erroneo.

nec oporteret tam particulariter et pueriliter materiam istam discutere explicando sufficienciam logice scripture contra omnes insultus sibi adversantium, nisi quod hodie discipuli anticristi || callidius, solicitus et multiplicius ^{fol. 63b} impugnant scripturam sacram, ut vel sic seducant effrenes, captivando eos in sectam perfidam anticristi.

Excursus on the intelligibility and unintelligibility of that which is

unde, ut sepe tetigi et tangit Anselmus in libro suo ¹⁰ Contra Insipientem, quidam declinantes a logica scripture incident in tantam demenciam, ut concedant, se intelligere inintelligibile, et quod non potest intelligi; quod probant capiendo tale dictum: ‘inintelligibile et quod non potest intelligi’, intelligitur a te, tunc cum adversarius ¹⁵ respondet ad talem propositionem concedendo vel negando, patet, quod scit, quid et qualiter quecunque pars eius signat.

1. ex quo sequitur cum capcionibus et assignacionibus, ut estimant, quod tu intelligis inintelligibile et quod non ²⁰ potes intelligere, nescientes, quod iste terminus: ‘inintelligibile’ significat privative omne intelligibile, et iste terminus: ‘quod non potest intelligi’ signat negative, quidquid potest intelligi. nec habent tales termini signata suis signanciis adequata saltem exprimenda sub illis terminis adequate.

2. per hoc patet responsio ad secundum, quo arguitur, quod tu potes intelligere, quod deus non potest intelligere, ymmo de facto intelligis intelligendo propositionem oppositam. sic enim videretur concedendum, quod tu sis ³⁰ infinitum intelleccior quam deus, quia tu potes intelligere

¹ carent *C*, in fine corr. *A* caruerunt *B* ^a *D* ³ excurso *D* ⁷ *A* ¹ in marg. super. miniat. Si potest intelligi inintelligibile ⁸ seducant *AB* ^a *C* impugnant *D* ¹² quod *B* ^a ut *AC* et *D* concedunt *B* ^a *D* ¹³ et ²¹ intelligibile *A*, sed in int. lineas superscripsit aliquis

¹⁰ sepe: cf. I 1268; pag. 253; 256—259 ^{Opp. (ed. Migne) Ser. II 150} 19 capiones *idem ac exactiones vel admissiones*

infinitum plura et hoc infinitum perfeccius, quam deus potest intelligere, ut capiendo talem propositionem: infinitum plura, quam deus potest intelligere, infinitum perfeccius intelliguntur a te, quam possunt a deo intelligi. 5 et cum potentia intellectus attenditur penes hoc, quod plura perfeccius potest intelligere, sequitur, quod intellectiva potencia tua sit infinitum perfeccior quam intellectiva potencia divina, sicut patet solcite querendo, penes quid attendi debet talis potencia. sed deliramenta 10 sunt tales perfidie.

The divine thinking not arbitrary, but perfect

et sic evacuatur tercia seduccio, qua arguitur, quod respectu nullius potencie intellective create vel increase est dare maximum, in quod potest, quia da b maximum, quod intellectus divinus vel angelicus potest 15 intelligere. contra intelligendo istam propositionem infinitum maius b potest intelligi; infinitum maius b intelligitur per subiectum. ex quo sequitur, quod infinitum maius b potest intelligi, et sic deus non est, quo maius cogitari non potest, cum infinitum maius deo cogitatur. 20 et sic ex istis videtur sequi, quod deus non sit tam intellectivus quam voluntivus, quia contradiccionem claudit signare, quam intellectivus est deus, cum ultra omnem intelligibilitatem potest infinitum, et cum voluntas creata sit impossibilium, potencia volitiva hominis foret infinitum 25 magis volitiva, quam potencia volitiva divina.

istud deliramentum tollitur per hoc, quod deus est maximum intelligibile atque volibile, in quod potest intellectus creatus vel increatus. differenter tamen, quia intellectus increatus potest de se intelligere hoc intelligi-

13 quod AB^aC quo D 15 contra AB^aC qua D
 16 magis (*prius*) A b intelligitur A , sed *in marg.* A^1
iteravit intelligitur 18 magis AC 21 volucius B^a
 volutivus C 24 voluntiva B^a volutiva D 25 volu-
 tiva B^aD 27 volubile B^aCD 29 B^a *in marg. ad-*
didit intellectus divinus potest de se intelligere omne intelligibile
 secundum ultimum sue intelligibilitatis, et sic infinitum perfec-
 ciori modo quam aliqua creatura potest intelligere ipsum

13 *de usu terminorum a b c cf. Logica III cap. X*
pag. 145 sqq.; et editoris praefationem cap. III, Analysis of
the Work, pag. IX sqq. 26 *cf. similem JWi disputa-*
tionem de deo absolute intelligente Fasc. Ziz. pag. 73

bile secundum ultimum sue intelligibilitatis, et sic infinitum perfecciori modo quam aliqua creatura potest ipsum intelligere.

4. per hoc patet quarto, quod potentia productiva dei, || potentia intellectiva et potentia volutiva sunt undique ^{fol. 63c} equalis ambitus. deus enim non potest intelligere nisi se et raciones exemplares, quas absolute necessario semper intelligit, nec in alia potest sua volucio, sicut nec ab illis potest sua volutiva desistere. et cum deus producit deum, sicut et omnes raciones ydeales, sequitur paritas ¹⁰ ambitus istarum trium personarum.

quamvis enim personam patris deus intelligit, quam ipse non potest producere, tamen aliquam rem producit, que est, quidquid est, persona patris, ut patet de verbo et amore mutuo. ¹⁵

*God thinking
the single
creature, at the
same time thinks
its idea*

quamvis eciam deus intelligat singulas creaturas, cum tamen quilibet earum sit ydea in deo, intelligendo quocunque, non intelligit aliud quam ydeas. et sic forte intelligit Aristoteles duodecimo Metaphisice quinquagesimo primo, quod deus solum intelligit se, quia ²⁰ aliter vilesceret, quamvis deus intelligat aliud a se in propria existencia, illud tamen aliud non est nisi deus secundum esse intelligibile ad intra, cum deus habet loco specierum et habituum in homine raciones ydeales, que in re sunt divina essencia. ideo quando dicitur, ²⁵ quod deus non intelligit aliud a se, intelligitur, quod omne intellectum a deo, eciam productum ad extra, non est aliud a deo secundum esse intelligibile, secundum quod

4. hec *B^a* 5. *A¹ in margine super. fol. 63c ad-*

*potentia productiva dei sunt undique
didit: potentia intellectiva dei que equalis
potentia volutiva dei ambitus*

5. volutiva *CD* 6. enim *om. A* 8. nec ab illis *AB^a*

nec illis *CD*, sed ab *add. in marg. prima manus C, inter-*
nec et illis aliquis in D 12. *A¹ in marg.*: deus non potest
intelligere nisi se 18. aliud *om. A* 21. *B^a in marg.*:
quamvis deus intelligat aliud a se in propria existencia, illud
tamen aliud non est, nisi deus secundum esse intelligibile

19. cf. Opp. ΗΟΙΚΩΝ ΜΕΓ. B 15 pag. 1213: αὐτὸς ἔσωτὸν
ἄρα θεάσεται. ἀτοπος οὖν, φησιν, ὁ θεός οὗτοι αὐτὸς ἔσωτὸν
θεώμενος. cf. etiam ΜΕΤΑΦΥΣΙΚΑ Δ 7 pag. 1072: αὐτὸν γάρ
νοει κτλ.; ibid. 9: αὐτὸν ἄρα νοει.. καὶ οὗτοι ή νόησεις νοήσεως κτλ.

primo obicitur divino intellectui. nec est illud secundum suum esse existere univoce aliquid cum deo.

ideo in talibus locucionibus, que videntur imperitis dissone, non est contradiccio. nec sequitur, omne, quod ⁵ deus potest intelligere absolute, necessario semper intelligit, filium meum potest intelligere, igitur filium meum intelligit. est enim fallacia accidentis, ideo oportet absolute concludere, quod hoc intelligit, vel quod rem, que ^{5. All that exists has its origin in God's eternal thought} potest esse filius meus, intelligit.

¹⁰ ex istis videtur quinto sequi, quod omne ens, quod potest esse vel intelligi, est eternaliter intellectum, et per consequens proporcionaliter habet esse pater ex hoc, quod nullum ens potest incipere a deo intelligi, quia tunc eternaliter lateret eum hec veritas: hoc ens potest ¹⁵ intelligi. et cum deus nichil intelligit, nisi quod intus legit in libro vite, patet, quod omne intellectum a deo proporcionaliter ad intellectum suum habet esse. dico autem proporcionaliter ad intellectum divinum, quia aliqua ut personas divinas intelligit ad intra existere sine ²⁰ racione ydeali exemplante.

ideo trinitas sistit extra creaturas non quoad loca ⁱ⁻ onem, sed quoad essenciam et e contra. alia autem, que deus intelligit, per ydeas subdividuntur, cum quedam cognoscit intuitive, ut omnia, que videt pro tempore suo ²⁵ existere, alia autem noscit noticia simplicis apprehensionis, que videt in suis rationibus exemplaribus secundum esse intelligibile et possibile existere, licet videat, ipsa numquam existere.

verumptamen apud multos est difficultas, si sunt talia, ³⁰ cum deus intelligit existenciam eorum, sed probabile videtur, quod deus non intelligit existenciam alicuius ^{fol. 63d} rei, que nullo tempore existit, licet || intelligat illud, quod potest esse existencia rei date.

6 *A¹* in marg.: materia de ydeis 21 *A¹* in marg.:
noticia ^{intuitiva} apprehensionis 22 *B³* in marg.: nota.
quod est duplex dei noticia, scilicet intuitiva. qua intelligit omnia vel videt pro suo tempore existere. alia est noticia simplicis apprehensionis. qua videt in suis rationibus exemplaribus et possibile existere. licet videat ipsa numquam existere 30 intelligit *usque ad* deus *om. D, deceptus antecedente deus. add.*
in marg. D¹ 31 non superscriptis *A* inter rigas

*God's thought
encompasses all
that really
exists*

est autem difficultas, quam alias lacius tetigi, si omnia, que possunt existere, existunt, ut videtur de instantibus, vel utrum deus intelligens omnia, que possunt existere, potest illam multitudinem producere. aliter enim non videretur, quod demonstraretur illa multitudo. ⁵

6. sed dimittendo istam difficultatem videtur sexto probabile, quod deus intelligit maximum respectu cuiuscunque potentie. intelligit enim optimum intelligibile, maximum producibile ad intra vel ad extra et sic de termino cuiuscunque potentie. ¹⁰

unde vanum videtur dicere, quod tu intelligis infinitum meliorem deum, quam deus intelligit vel potest intelligere, quia, ut patet per exponentes, deus est optimus deus, qui potest intelligi. et iterum signato per a meliori deo intellecto, quam est deus noster, patet, quod a deus ¹⁵ non est de facto melior deus, quam est deus noster, quia a non habet esse nisi forte fictum et intelligibile, et si sufficit, quod a intelligitur esse melior deo nostro, ideo a melior deus deo nostro intelligitur, per idem a infinitum peior deo nostro intelligitur, quia cum omne, quod potest ²⁰ intelligi, intelligitur, sed a infinitum peior deo nostro potest intelligi iuxta sic loquentes, ideo a infinitum peior deo nostro intelligitur.

et iuxta illud videtur, quod, si aliquid intelligitur, tunc infinitum melius et infinitum peius deo nostro intelligitur. et quidquid fuerit signatum, illud nedum potest intelligi esse huiusmodi, sed absolute necessario intelligitur a deo esse huiusmodi, et sic, quidquid homo intellexerit, intelligit qualibet maxime confuse.

nec valet tali capitulo negare, quod est dare maximum ³⁰ a deo intellectum, quia capto termino propositionis negate patet, quod ille terminus signat maximum a deo intellectum, sicut patet tam quoad sensum quam quoad verba.

6 *A¹ in marg. super. folii:* deus intelligit maximum respectu cuiuscunque potentie, et nichil melius deo potest intelligi ⁷ intelligitur *AB^a* ¹⁵ patet *usque ad* deus noster *om. B^b,* *deceptus antecedentibus* deus noster, *quae paulo infra redeunt*

¹ alias: cf. I 34410

¹⁴ cf. supra 11713

et iuxta hoc sequitur, quod tam de continuo quam discreto est dare maximum intellectum a deo sive quoad existenciam sive quoad possibilitatem existendi sive quoad esse intelligibile, ut diffuse ostendit Augustinus 5 duodecimo De Civitate Dei cap. duodevicesimo.

et illud principium solebat esse michi magnum medium arguendi in multis materiis, specialiter in materia de Maximo et Minimo, et in materia de Composicione Continui ex non quantis. vel igitur oportet dicere, quod 10 deus distinctissime intelligit omnia, que creatura confuse intelligit, et per consequens est dare maximum in omnibus talibus. vel aliter oportet dicere, quod dicta Augustini et scriptura de intelleccióne divina sunt heretica et blasfema, quod quia non est fas dicere, oportet, quod 15 oculi domini contemplentur omnia distinctissime, que creatura potest intelligere confuse, quia actus intellectus divini precedit omnem intellectivam potentiam creature.

The divine intellect incomparably superior to that of the creature

ex istis septimo videtur, quod nemo potest dicere 7. vel intelligere, deum non esse, vel quod deus non est, 20 quia deus non potest intelligere, se non esse, igitur multo magis nullus alias potest intelligere, deum non esse.. et assumptum patet eo, quod deus est maximum, quod cogitari potest ex proxima deduccione. ymmo, ut fol.64a deducit Anselmus || in suo Proslogion: 'quodcumque maius 25 adversarius dederit cogitari, illud non habet pure esse intelligibile, quia tunc deus noster existens illud excederet, nec habet existenciam actualem, cum tunc foret deus, quem querimus'.

2 de discreto D 9 D (*prima manus*) in marg.:
Nota A¹ in marg. infer. folii: deus distinctissime intelligit,
que creatura confuse intelligit 17 precepit B^a 18 A¹
in marg. infer. folii: nichil potest intelligere, deum non esse
24 Augustinus C

4 hanc expositionem Augustini in libro eius De Civitate Dei verbotenus expresam non inveni; fortasse JW in mente habet illius argumentationem de esse intelligibile, quae invenitur in Aug. De Civ. Dei lib. XIII cap. 18 tom. IX 443—444 8 hae disquisitiones JW*i*, hucusque publici iuris non factae, conferri non potuerunt 25 cf. Opp. Ser. II 158 pag. 228—229; 235

ex istis videtur, quod, sicut deus est maximum, quod potest cogitari, sic est tam immensus in cogitatione, quod non potest cogitari deficere vel non esse, quia cogitando illum defectum vel non esse cogitatur ens vel veritas et sic deus et per consequens illud ens esse. ⁵

a. confirmatur primo ex hoc, quod nemo posset cogitare, deum non esse nisi ex capcione insipientis recitata superius et destructa. similiter tunc deus cogitando falsissime et summe superflue diceret, se non esse, et nec inmediate per se sic representaret nec per ydeam. ¹⁰ similiter cum deus non potest noscere vel velle, se non esse, tunc foret infinitum plus intellectivus quam cognitivus et infinitum plus cognitivus quam volitivus, quod est contra terciam notam hic dictam. intellectus enim dei est acutissimus, latus in omne intelligibile, sed non noscitur ¹⁵ nisi verum vel vlt nisi bonum. quomodo igitur intellegret, quod non potest esse?

similiter est communissimum possibile adequatum obiectum communissimi intellectus, quod non potest signari nisi ens, ideo esse est simplicissimum. nichil ²⁰ igitur potest intelligi nisi ens, et ideo deus simplicissimus et communissimus vocatur Exodi tertio, qui est tamquam nomine proprio. cum igitur non continetur sub ente non esse dei, quia tunc ens includeret contradiccionem, sequitur, quod non esse dei non est pocius intelligibile ²⁵ quam inintelligibile.

unde intelligibile, licet sit eque amplum cum ente, tamen superaddit contracte per modum passionis aptitudinem ad intelleccionem, ita quod intelligibile sit ens vel res, que potest intelligi, et per consequens, quocunque ³⁰ sic intelligitur, sic intelligitur ut ens, quod oportet esse

13 volutivus *B^aD* 16 *A¹* in marg. miniat. Nota et
cum signo marg. in marg. super. nichil potest intelligi nisi
 ens 18 est communissimum *AD; C, sed C² inter lineas*
 dare add. est dare communissimum *B^a* 19 potest *AB'C*
 ponit *D* 25 est *ACD* esse *B^a* 28 contracte *AB'C*
 quantitate *D* quantitatem *C, expunxit C², add. idem*
in marg. contracte 31 sic *B^a* sicut *ACD*

8 superius: cf. pag. 116 ¹⁰ sqq. 14 cf. supra pag. 117
 22 cf. Ex. 314: ego sum, qui sum = Jahve

*God's intellect,
 being the only
 perfect one,
 embraces all
 that is intelligible*

comunissimum et ita sequitur, hoc est intellectum, ergo hoc est, cum aliter nichil terminaret vel subiectaret intellectionem huiusmodi, igitur deus non evagatur intelligendo, nisi quod legit ad intra, quia aliter egeret aliquo extra se, 5 ymmo re, que non potest esse ad suas vanas cogitationes. si igitur beati et innocentes non cogitant inutiliter, sed solum ut expedit, — non enim cogitant peccata secundum Lincolnensem nisi carencia exemplaris, — patet, quam vane sunt cogitationes nostre, dum sepe contendimus, 10 nos cogitare, que deus cogitare non potest.

contra ista sepe replicatum est, quod tales propositiones negate intelliguntur a bene ipsas negantibus pro suis adequatis signatis. unde videtur Anselmus in libello suo *Contra Insipientem* concedere, quod insipiens cogitat 15 maius deo; sed prior responsio dicit, quod talia signa non habent adequata signata, quantum ad institutionem humanam attinet. ideo signanter dicit scriptura non, insipientem dixisse, quod non est deus, sed non est deus, quia dixit hoc materiale habens de hoc sensum fol.64b²⁰ sinistrum. et sic talia || signa mixtim signant materialiter et significative connotando modum concipiendi creatum, et sic intelligit Anselmus, quod insipiens cogitat maius deo, hoc est, cogitat sic maius deo, sicut hec proposicio: deus non est, significat, sic deus non est. et ita que- 25 ramus eius adequatum signanciam, non autem adequatum eius signatum, sed quia sua significancia est vacua a significacione, ideo est proposicio falsa.

vocatur autem signatum termini adequatum res, que vere est exprimenda per terminum tamquam nomen comple- 30 pletum eiusdem rei, ut iste terminus ‘animal’ adequate

5 ymo re *AC* in more *B^a* imore corr. *D*
 vanas (? bonas) *A* 20 *A¹* in marg. super. fol. 64^b no-
 tavit false propositiones carent significatis. quamvis sic signi-
 ficant 21 creatum *ACD* clarum *B^a* 22 Ansel-
 mus *AB^aD* Augustinus *C* 23 hoc est. cogitat sic
 maius deo iteravit cum sig. *A²* (?) in marg.

8 libros Lincolnensis hucusque publici iuris non factos
 me conferre non potuisse aegre fero 13 cf. *Opp. Ser. II*
 158 pag. 228—229 18 cf. *Ps. 141*

significat genus animalis. falsis autem signis deficit ade-
quatum signatum, ut sunt talia: filius meus carnalis est
melior deo et similia.

quidam autem logici contendunt, quod omnes res
collective, quas quocunque signum significat, sunt ade-
quatum significatum eiusdem signi, et sic deus est ade-
quatum signatum cuiuslibet signi, sed propter modum
significandi est aliquod signum falsum. sed istam con-
tencionem equivocam relinquo logicis.

*God's and b.
man's intellect,
their power and
defects*

secundo replicatur, quod tu potes intelligere et
dicere, quod deus non potest, quia tu potes insipienter
dicere, quod deus non est, quod si deus diceret, foret
falsus.

sed videtur michi, neminem posse dicere, quod
deus non est, verum tamen quilibet intelligens intelligit 15
aliquo modo, quo deus non potest intelligere, quia modo
dependenti imperfecto et complexo, quomodo, si deus
intelligeret, foret imperfectus. ideo longe aliud est dicere,
quod tu intelligis, quod deus non intelligit, et tu in-
telligis modo, quo deus non intelligit. ablativus enim 20
talis signat circumstanciam cause formalis, et sic de
dicere, facere ac velle. quamvis enim tu potes mentiri,
quod deus non potest, tamen quidquid potes facere, deus
potest, cum mentiri sit deficere, et omne positivum, quod
facis menciendo, deus prius facit.

extendendo autem facere ad quocunque deficere
et nomen rei ad peccatum videtur, quod tu potes facere
rem, quam deus non potest facere iuxta logicam Cristi
Joh. octavo: omnis, qui facit peccatum, servus est
peccati.

2 est postmodum margini adscripsit A vel A¹ omise-
runt B^aCD 11 quod om. A, supplevit A¹ inter lin. 14 A¹
in marg. super.: creatura intelligit aliquo modo et sic vlt, dicit
et facit, quo deus non potest intelligere quia imperfecto B³
in marg.: Nota, quod creatura intelligit aliquo modo, quo deus
non potest intelligere, quia modo dependente, imperfecto et com-
plexo, et creatura potest mentiri. quo deus non potest, et tamen
in sic faciendo deus facit omne positivum, quod tu facis 17 de-
pendente CD, B³ 19 quod postmodum margini adscrip-
tum A omiserunt B^aCD 23 tamen B^aCD tu A

tercio replicatur, quod tu potes ymaginari, quod. *The extent of God's thought discussed*
 deus non potest, quia montem aureum, hircocervum
 chymeram et huiusmodi ficticias intellectus.

hic dicitur, quod ymaginari, cum sit proprius actus
 virtutis ymaginative, non occurrit michi, quod analogizatur ad actum intelligendi dei, cum distingwitur ab intelleccióne in homine. et sic deus nec angelus potest aliquid ymaginari, sed videre ac intelligere. vocando autem aurum terram, sicut vocatur quecunque materialis
 essencia, Gen. primo, tunc deus noscit montem aureum.
 et ita videtur, deum posse facere talia monstra. si autem convocent simpliciter substancialē qualitatem et modum vanum concipiendi virtutis create, tunc videtur, quod nemo intelligit montem aureum, sicut nec deum malum.
 sed ymaginatur sic mons aureus et intelligit sic deus malus, ymaginatum autem et intellectum est mons et
 fol.64c aurum, deus et malum || et illud significatur per terminos complexos, et sic ymaginativa potest ultra sensum comunem in actum componendi, sicut intellectiva potest ultra virtutem materialem in actum intelligendi inmaterialia.
 semper tamen signum dicitur respectu signati ita, quod omne signatum habet ad minimum esse intelligibile apud deum.

quarto replicatur, quod multa hic dicta contradicunt. *a.*
 nam in septima nota et sepe alibi datur, quod non potest dici vel intelligi, et omne datum est intellectum, igitur sepe implicatur, quod intellectum sit non intellectum tam a deo quam homine.

1 A¹ in marg.: Nota 4 A¹ in marg. infer. fol. 64^b:
nec deus nec intelligibile habent ymaginaciones A¹ in
marg. min. ymaginari 8 aliiquid B¹ in marg. emenda-
vit pro ad, quod in textu scriptum est 14 et ita
videtur, deum posse facere talia monstra, si autem convocent
simpliciter substancialē qualitatem et modum vanum concipiendi
virtutis create, tunc videtur, quod nemo intelligit montem aure-
um: cuncta linea transversa deleta, quia perperam iterata D
sicut D 27 A¹ in marg. super.: si possunt intelligi
intelligibilia 28 tam deo quam homine om. A, add. A²
in marg. cum sig. marg.

*Defects of the
scholastic terminology in the
discussion of the infinite*

hic dicitur, quod in talibus miseris locucionibus laborant scolastici, in equivocis sese inaniter confundendo, sic quod per terminos demonstrativos signant mixtam res extra quam modos intelligendi fantasticos, ut quando dicitur: hoc signum deus non est significare, sicut ⁵ non potest esse, intelligitur, quod signat uno certo modo ex parte signi, qui modus de facto est, sed quando transsultatur equivoce ad asserendum, quod sic non potest esse, signatur, quod absolute necessario oportet deum esse, cum idem sit, non potest esse, quod deus ¹⁰ non est, et absolute necessarium est, deum esse, et ita ad verbum demonstrat, licet negative et connotative, essenciam divinam. quando autem loquimur de intellectu divino, colamus pure signatum omittendo modum concipiendi, cum non sit accidens deo. et in ista equi-¹⁵ vocacione credo Anselmum laborasse Contra Insipientem, sicut et illos, qui dicunt, hominem intelligere et velle multa impossibilia, que deus non potest intelligere. unde fingunt pro equivocatione entis, quomodo dicit quandoque aggregative rem cum fabricacione intellectus et ne-²⁰ gacione possibilis, ita quod ens sit comune ad omne non ens vel non possibile.

^{a.} sed quinto replicatur, quod ista rancosa narracio non tollit a professoribus scripture factas et faciendas instantias, et sic videtur, partem falsitatis esse plus ²⁵ facilem ad defendendum pro tempore, quo balbutimus in via, quam partem veritatis scripture. sed absit. ideo notandum, quod diversitas locucionis catholicorum, ymmo eiusdem catholici, cum fundatur in equivocis, in quibus non est contradiccio, non offendit in veritatem scripture. ³⁰

ideo videtur michi nunc logica probabilis quamvis sophistis extranea, quod nulla proposicio signat, sicut non

6 certo *B^aCD* termino *A* (?) 8 transsultatur *C*
 transaltatur *D* 9 oportet *B^aCD* est superscri-
psit A, oportet nullo modo delens, ut nunc ambo existent
 12 verbum *B^aCD* convocative distincae scripsit *B^a*
 13 loquimur om. *A*, postmodum add. in marg. aliquis

16 cf. Opp. Ser. II pag. 249—260
 ac rancida, odore corruptio aut odiosa

23 rancosa idem

potest esse, sed quelibet proposicio, quam sophiste dicunt sic signare, signat negative, sicut absolute necesse est esse; et propter talen modum signandi negativum et non propter falsitatem significatam est illa impossibilis,
 5 ut est de ista: 'deus non est', per quam negative intelligo, deum esse, et hec: 'maius deo est', signat affirmative, quod nullum maius deo potest intelligi, et hec: 'nemo potest dicere vel intelligere, deum non esse', signat in re, quod omnis homo sicut omnis res dicit necessario eo ipso,
 10 quod est, deum esse et omne intelligens, in quantum huiusmodi, intelligit, deum esse.

et sic tales proposiciones, licet videantur sophistis esse negative propter geminam negacionem, tamen sunt de facto affirmative. unde sicut idem est sensus illius:
 15 'nichil non est', et istius: 'omne ens est', quamvis modus signandi et concipiendi sit dispar, sic idem est sensus istorum: 'nemo potest intelligere maius deo' et 'deus est maximum, quod homo potest intelligere.' et ita iste terminus: 'maius deo' signat deum magnum cum nota
 fol.64d20 comparacionis || impossibilis.

sesto arguitur, quod deus aliquid potest intelligere, f.
 quod non intelligit, quia filium meum, et per consequens:
 ego intelligo aliquid, quod deus non intelligit, quia filium meum existere.

25 hic dicitur, quod deus nullum ens potest intelligere, nisi quod absolute necessario intelligit, sed cum aliquid dicit existenciam rei in genere, probabile videtur, quod deus potest aliquid intelligere, quod non intelligit, ut illud, quod 'potest existere et non existit'. quamvis eniun
 30 deus intelligit hoc et esse eius, tamen non intelligit exi-

*God's intellect
in relation to
the existence of
things*

1 *A¹ in marg. miniavit* intellectus (?) inintelligibilium propositionum 8 signat *AB^aC* sicut *D* 20 *A¹ in marg. super. fol. 64^d miniavit* de intelligere dei et de ente et esse existere 21 *A¹ in marg.: nota* 22 *inter meum et et A¹, sig. marg. usus, existere interponi voluit, sed postmodum expunxit deceptus vocibus filium meum, quae paulo post in linea proxima sequuntur* 25 ens potest deus intelligere *C* ens deus potest intelligere *D* 27 probabili *B^a*

stenciam huius, quamvis posset intelligere existenciam huius solum hoc intelligendo. hinc enim accidit existencia, et sic nulla creatura intelligit, filium meum existere, licet possit intelligere existenciam illam, solum intelligendo, quod nunc intelligit, et ita intelligit, filium meum posse existere sine hoc, quod intelligat eius existenciam, cum existencia rerum dicit esse suum extra et omnem rem per se in genere esse, dicit, ipsam esse aliquid extra deum. unde ista: 'hoc existit' est equivoca ad denotandum existenciam increatam, que est deus extra creaturas vel existenciam creatam creature in genere extra deum, et sic aliqua sunt et necessario existunt, ut trinitas increata, aliqua sunt et necessario non existunt, ut pretericiones, futuriciones, possibilitates; et negaciones formaliter intelligo et non essencialiter, cum omnes ille veritates sunt ut sic divina essentia.

The idea of an absolute and relative existence of things discussed

alia autem encia absolute necessario sunt et continenter existunt ut universitas creata, aliqua vero sunt et non existunt, sed possunt existere ut creature, que possunt esse et non actualiter existunt. et patet, quomodo hec proposicio: 'hoc intelligitur' est inmediata consequens ad deum esse, sed 'hec Petrus intelligitur' subinfert propositionem huiusmodi: 'hoc est Petrus', et sic hec proposicio: 'filius meus est' non signat, filium meum esse, et potest sic signare stantibus eisdem actibus intellectus ignorante homine, qui sic intelligit.

ulterius conceditur, quod deus cognoscit vacuum, cum Gen. primo dicitur: terra autem erat inanis et vacua, et Jerem. quarto: aspexi terram et ecce, erat vacua, et Job. vicesimo sexto dicitur, quod deus extendit aquilonem super vacuum. et sic est dare

1 huius quamvis possit CD huius quam possit B^a
huius solum hoc intelligendo (solum hoc intelligendo *expuncta*)
quamvis possit A 7 existenciam (?) B^a 20 existunt C,
in fine correxit A (ex existentes?) existentes B^aD
27 Aⁱ in marg. rubris litteris notavit vacuum 28 erit A

vacuum a forma naturali vel supernaturali et vacuum a corpore contentibili; vacuum autem a deo non potest esse, nec ipse potest esse plenior formis, cum pro nulla mensura est impotencia ante actum. verumptamen impossibile est, quod sit extra mundum infinitum vacuum, mole magnum. nec credo, quod intelligunt bene se ipsos, qui ponunt tale vacuum, sicut patet querendo ab eis quiditatem vacui. nichil enim fuit ante mundum, ubi iam est mundus, cum illud 'ubi' dependet a mundo, sed ipsum sequitur tamquam passio ad subiectum.

CAPITULUM VICESIMUM.

Quantum ad materiam tertii argumenti in principio capituli quinti decimi huius factam videtur michi indubie, quod lex Christi debet proporcionabiliter diligi ut eius legifer, et per consequens est infinitum honoracior quam tradicio humana. unde, ut sepe dixi, cum illa lex sit tradita hominibus a sapientia || increata, ut sit medium aptissimum ad pacificandum populum in pace triplici, patet, quod legis huius dirupcio vel dissipacio attestatur in populo deficienciam vere pacis. patet ex hoc, quod ipsa est per se causa vere pacis. sicut enim tempore Christi tradiciones humane conmixte legi moysayce pre-

1 vel supernaturali om. A, add. in marg. A² (vel A¹)
2 autem A vero B^aCD 13 tamquam A sicut B^bCD
17 A¹ in marg. infer. fol. 64^d miniatit lex dei est ut deus
diligenda in marg. super. fol. 65^a lex dei est medium
aptissimum ad pacificandum populum in triplici pace 19 drup-
cio superscriptio i in initio vocalae A

13 cf. supra I 377; 387 sqq. 16 cf. De Civ.
Dominio lib. I cap. XLIV pag. 436: ex istis conclusionibus
sequitur, quod impossibile est, regnum, populum vel per-
sonam regi, prosperari vel pacificari sqq. 22 de ob-
noxiosis 'traditionibus humanis', JW frequenter disputat;
quatenus illae legi Christi (i.e. Scripturæ Sacrae) adversentur,
demonstrat in fine libri tertii Summae (De Civ. Dominio lib. I),
ubi haec leguntur, cap. XLIV pag. 400: ex quo patet, quod

conizarunt populi destrucionem, sic dissipacio legis Cristi pro tempore anticristi attestatur destrucionem populi cristiani. sicut enim Machometus per tradicionem legis contrarie legi dei diminuit cristianismum, ut patet capitulo *undecimo*, et sic post dotacionem ecclesie multiplicatio, dogmatizacio et appropriacio tradicionis humane, ut diminuit de lege Cristi, diminuit de vera religione populi cristiani; patet ex hoc, quod legis Cristi observacio est per se causa, et e contra, vere pacis quia veri cultus dei, sicut testantur quotlibet scripture. nam si quis servat legem dei, habet proporcionaliter pacem cum deo et sic ex dileccione dei undique veram pacem iuxta illud Psal. centesimi undevicesimi: *pax multa diligentibus legem tuam*, et non est illis scandalum. et e contra prevaricacio est pacis dirupcio et dissensionum ac perturbacionum induccio, quia amoris dei privacio. ad quem sensum dicitur Iob. decimo: *quis resistit ei et pacem habuit?* et ad hunc sensum dicitur Baruch tercio: *quid est Israel, quod in terra inimicorum es*, et sequitur responsio: *dereliquisti fontem sapientie; nam si in via dei ambulasses, habitasses in pace super terram.*

gives the foundation for true peace and the right form of worship

quotlibet sunt talia dicta scripture idem sonancia, et patet demonstrative eo, quod non dissolvitur pax dei cum homine nisi propter peccatum, sed stante illa pace conceditur 'pax superans omnem sensum' quia id, quod est melius cristiano, igitur etc.

3 antichristiani <i>B^a</i>	5 10 ^o <i>codd.</i>	6 appreciatio <i>B^aC</i>
9 et contra <i>ACD</i>	equa <i>B^a</i>	13 <i>CXVIIIⁱ codd.</i>
<i>om. D; C, sed int. lin. add. aliquis</i>		18 et
<i>seminancia B^a</i>	24 solvitur <i>B^a</i>	23 consonancia <i>C</i>
<i>adscr. in marg. A²</i>	26 conceditur <i>A</i>	cum homine <i>om. A,</i> <i>consequitur B^aCD</i>

tradicio humana retardat ab observancia mandatorum; et cum mandata sint connexa, sequitur, quod tradicio humana distrahit ab observancia caritatis etc.; cf. ibid. pag. 428
5 cf. etiam De Civili Dominio lib. I cap. XLIV pag. 401: patet ex hoc, quod ecclesia crevit . . . pure lege Christi, pretermisis tradicionibus humanis; illam ergo potuit puram observasse posterius, cum maxima difficultas fuit in primordiis observancie legis sqq. 5 cf. supra I 211 12 v. 165
19 v. 10—11 20 v. 12—13 26 cf. Phil. 47

ex istis videtur ulterius, quod legis humane exercitacio, doctrinacio vel institucio faciens ad defectum observancie legis Cristi diminuit effectum huius legis, qui est pax vera et cristiana religio.

5 ex quibus sequitur, quod huius legis dissipacio sit callidissima cautela diaboli, quam membra sua defendunt et pertinaciter dogmatizant. patet ex conclusione proxima. si enim dileccio legis et legiferi correspondent, quomodo diligit Cristum super omnia, qui contempta vel dimissa
 10 lege sua exercet leges humanas? nonne plus diligit fructum legis, quam plus diligit, et per consequens plus temporalia quam eterna? et eodem modo de studio discipline eis adhibito. nam tantum studium legi Cristi adhibitum acquireret studenti maiorem dilectionem dei et
 15 per consequens maius bonum. quomodo igitur non stulte eligens minus bonum peccat graviter, specialiter cum facilius, insumptibilis et cicius posset discere legem Cristi. et correspondenter de multiplicantibus leges humanas, per quas studium theologie distrahitur. nonne lex Cristi in scrip-
 20 tura tradita per se sufficit? nonne excomunicantur, qui addunt alia aut qui distrahunt a lege ista novissima, ut
 fol.65b patet Apocal. ultimo || et Galat. primo, et exposui in fine libri tertii? numquid credimus, palliantes, quod discunt leges exteris, ut melius sciant, servent et protegant legem
 25 Cristi, habent excusacionem acceptabilem apud tribunal summi iudicis? nonne facta propria accusant? examinent consciencias, si tantum sciunt de lege Cristi, sicut scirent,

*He who loves
Christ must
honour His law
and prefer it
to all human
statutes,*

1 *A¹ in marg. infer.*: nota bene contra tradiciones humanas
 miniavit 15 maius *A²C² in marg.* magis *B^a* omiserunt *ACD* 21 aut que *B^aD* autem que *A* 26 excusant *C*, sed ex expunxit et ac superscripsit *C²*

22 v. 18—19 v. 7 sqq. cf. *De Civ. Dominio lib. I* (*Summae liber tertius*) cap. *XLIV* pag. 396: patet primo, quod lex Christi pure per se sufficeret pro omni statu dirigere sponsam suam. probatur tripliciter: primo, sicut universitas legum sufficit regere totum mundum, lex Christi continet in se omnem particularem; minor patet ex eo, quod scriptura sacra, que est lex Christi, continet in se omnem veritatem, omnis lex est veritas, ergo continet in se omnem legem etc.

posito, quod interim darent tantam operam ad noscendum practice mandata domini, quantam dederunt ad noscendum tradiciones hominum. examinent se secundo, utrum finis discipline sue sit, ut vivant pauperem vitam et penalem exproprietarie instar Cristi, vel aliter, ut vivant voluptuose et splendide quoad mundum, acquirendo sibi et suis redditus et proventus. examinent tercio, si pro praxi et defensione legis Cristi ipsos undique regulantis dant tantam operam, sicut ad legem propriam defendandam. nonne opus publicum clamat oppositum in tantum, quod causidici contendunt de prestancia et autoritate legis sue super legem Cristi et promoventes legem dei ex hoc acucius persequuntur, et examinati de decalogo vix sciunt in genere numerum et ordinem mandatorum?

*but it is the
theologians and
the prelates who
prevent its
reaching full
development*

ex istis videtur ulterius, quod magis culpandi sunt nostri theologi, nostri religiosi possessionati et nostri sacerdotes causidici de patrimonio Cristi promoti, qui ponunt offendiculum legi dei. patet ex facto et lege gratitudinis, cum percipiunt primicias legis dei. et illa collacio legis reddit eos obligatores, ut patet ex illo Psal. centesimi quadragesimi septimi: non fecit taliter omni nacioni et iudicia sua non manifestavit eis. super quo dicit Augustinus, quod omni membro suo tamquam filio patriarcharum dedit legem suam, et omnes illi sunt una gens, que est Christus, ut dicit super Psal. centesimo quadragesimo quarto, sed quod posset esse signum maioris dilectionis, sicut apostolus arguit Rom. tertio, multum amplius video per comunem modum, quia tradita sunt eis eloquia dei, quod profuit eis eternaliter et temporaliter. cum igitur in istis tribus generibus hominum sit maior gratitudo dei ostensa quam aliis et in amore legis Christi stat tota Christi dileccio patet, quod isti a lege ipsa degenerantes ut sic maiorem

¹⁷ theologi nostri: *hic explicit* fol. 131^b cod. D, om. theologi nostri D, *quae infra lineam ultimam* D¹ add. ²¹ reddit C, *in fine corr. A* reddit B^aD ²⁷ CXXXII^o codd.

²² v. 20 cf. Opp. tom. VI 1146 ²⁷ cf. ibid. 1063
v. 10—12 28 v. 1

ingratitudinem dei incurunt. nam per istam legem facti sunt sacerdotes, et clerici non nisi per istam legem possunt salvari, ab hostibus defendi, cum sacramentis operari vel esse cristiani aut quomodolibet prosperari.

5 quamvis omnia ista sequantur ex fide, tamen scelus et perturbacio ecclesie clamat, quomodo in dei iudiciis claudicamus. ponunt autem theologi nostri temporis, fol.65c quod lex Cristi secundum magnam partem sui sit impossibilis, heretica et blasfema. quod dictum nimirum 10 retrahit multos ab eius veneracione, dilectione et observatione et inducit in parvipensionem, in detestacionem et dissipacionem. tunc enim || foret summe execrabilis, summe odibilis et summe fugibilis, ut tactum cap. et infra. quis igitur haberet devocationem in tali scriptura 15 sive servicio?

hec autem non est vox theologi, sed demonologi, cum theologi sit, sub optentu beatitudinis audire verbum dei et custodire illud in mente, verbo et opere in se ipso ac defendere ipsam contra adversarios, docere ipsam 20 catholicos et procurare undique extollenciam refrenando vesanos eius adversarios.

religiosi autem possessionati, ut defendunt in vita et verbis legem scripture, patenter apostatant, cum laboribus et expensis laborant ad curiam romanam pro 25 dampnabili sentencia dicente, multas cartas humanitus adinventas de hereditate perpetua esse impossibile, et tamen Oxonie tam publice quam procuratorie dicunt testamenta dei et legem Cristi impossibilem et blasphemam, quod, si legem scripture diligenter plus quam cartas pro- 30 prias de dotacione in perpetuam elemosinam, laborarent forte in contrarium, cum opera apponitur proporcionaliter ad affectum. ex quo facto probabiliter quidam eliciunt, cum carte eorum attestantur super elemosinam perpetuam eis datam data apostasia a religione et regula cristiana

*by calling it
heretical and
blasphemous*

*They endeavour
to bring about
its being con-
demned by the
pope,*

4 cristiani in fine corr. A cristo amici B^aC cristi
amici D 14 infra AB^aC ita (?) D 18 verbo AB^aD
in ore C 19 ipsam A ipsum B^aD se ipsum C
20 eius extollenciam CD 25 pro dampnanda B^aCD; A,
sed A^a in marg. cum sig. marg. emendavit pro dampnabili

ad seculum non foret elemosina tollerare, tales consumere bona pauperum, sed dare genti facienti iusticiam et servi Cristi testamentum, cum talibus et non apostatis Cristi patrimonium fuit datum.

quantum ad conclusionem procuratam dampnari tamquam hereticam, patet, quod multe carte remanent post mortuos exheredes, que dicunt, hereditatem signatam 5 ipsis mortuis et suis heredibus ac assignatis in perpetuum pertinere. iterum assumendo perpetuum pro periodo, cum existens in mortali deficit ut sic a vero dominio, 10 patet, quod multis assignantur in cartis hereditates perpetue, quibus possessiones ex peccato originali et actuali necessario sunt disrupte. ideo videtur multis, quod labor sumptuosus ad catholicandum cartas huiusmodi, heretica sentencia, que asserit, quod aliquae sunt impossibiles sive 15 false, innuit, quod licet eis vivere quantumlibet seculariter sine licencia subtractionis elemosine fundatorum, cum habent ex bullis cartas suas tamquam fidem catholicam et amplius confirmatas. causidici vero contra scripturam apostoli sese in negotiis secularibus implicantes dimissa 20 cura curatorum, quorum nomen false retinent, dicunt, quod epistole sue et tradiciones quecunque papales sunt paris autoritatis cum ewangelio, ymmo maioris autoritatis quam scriptura apostoli, cum papa dispensat contra apostolum et corrigit ewangelium, ut blasphemant et sic, 25 ubi olim ordinatum est per papas, quod tentoria theologie sint undique dilatata, ut patet tertio Decretalium in fine 'Super Speculum', quia per illam scienciam vivificantur fideles, conversantur et confirmantur proficientes necnon et evacuatibus venenis curantur infirmitates, || modo dicit₃₀ fol. 65d

13 heretica C, sed addito int. lin. ta legi voluit hereticata prima manus 16 licencia AB^aC lumina (?) D,
breviatura ancipiti usus 19 causidi A, sed superscripto ci ceterorum lectionem restituit A² 21 cura om. A, adscr. in marg. A² 30 venenis vix legi potest in A A¹ in marg. infer. fol. 65e rubr. litt.: contra leges humanas, in marg. super. fol. 65d: nota blasphemias pape et prelatorum; papam Christo assimilant

4 cf. quae modo dixit de 'cartis humanitus adinventis pag. 133²⁵ 26 C. J. C. II (Decretal. lib. III) c. 10 tit. L pag. 660 tentoria = machinae bellicae (plutei Latinorum)

gens illa, quod facultas theologica sit summe superflua perturbans ecclesiam. ideo sui professores sunt per fas vel nefas omnimode extingendi eo, quod sunt contrarii operibus, quibus prepositi diripiunt bona pauperum, 5 luxuriantur tam corporaliter quam spiritualiter et gregem subiectum multipliciter ducunt in precipicium, nunc palliatis excomunicacionibus deterrendo, nunc interdictis crucis levacionibus et aliis censuris sophisticis comminando et nunc in blasphemiam summe execrabilem prorumpendo, 10 quod dominus papa, caput legis sue, sit pars autoritatis cum Christo humanitus, cum sit deus in terris, potens ad votum extrahere de thezauro meritorum ecclesie triumphantis et impertiri ecclesie militanti absolvendo a pena et a culpa eo ipso, quod pretendit, se solvere et ligare.

15 unde reputant hereticum, quod papa neminem habilitet, nisi deus prius habilitet, cum pure ex bullis suis cum consensu suo et cardinalium hunc habilitat et hunc inhabilitat, sicut fingunt, quia aliter, ut vere concluditur, non crederetur approbacioni vel reprobacioni pape, nisi 20 de quanto se fundaverit ex scriptura, et veritas facti, quam oportet credere, iudicatur a Christo et ecclesia triumphante. ymmo ad tegendum suas luciferinas fallacias dicunt, quod papa habet dominium tantum super bonis ecclesie, quod ipse potest sine demerito vel merito 25 sacerdotis auferre ab eo elemosinas secularium dominorum, sed ipsi non possunt elemosinas suas subtrahere a sacerdotibus quantumlibet indignis, quia ipsi non debent iudicare de operibus pape vel cuiuslibet sacerdotis. et sic dicunt, quod papa in quantum huiusmodi 30 est confirmatus, quia aliter non foret caput ecclesie, quod reputant inconveniens, cum fingunt, esse de necessitate salutis credendum, quod papa quicunque sit caput universalis ecclesie et per consequens infinitum 35 verior atque superior civilis dominus omnium reddituum

*The pope,
however, has
only those
rights that are
founded on the
Bible*

1 summe superflua *in loco raso add. A* 8 comando *A*, (?) *D* continuando *B^a* comunicando *C*
 17 cum consensu *AB^a* cum sensu *C*, sed superscripsit *C³*
 (*vel C⁶*) con cum sensu *D*, sed con *infra sensu add.*
aliquis 19 vel repr. *om. A, add. in marg. A²* 30 caput
 ecclesie *AD; C, sed C² in marg. add. universalis* caput
 universalis ecclesie *B^a*

mundi quam aliquis dominus secularis. unde et predicant publice, quod tantum foret peccatum dicere quidquam contra ipsum et cardinales sicut contra Cristum et angelos, cum a pari concurrunt in autoritate ecclesie et aliter erraret capud ecclesie, peccatum in papam et 5 cardinales tantum vel amplius puniendo quam blasphemiam commissam in deum, sed consencientem tali erroris impositioni puniunt ut blasphemum.

et in multis tales insanias blasphemias prorumpunt causidici atque maniaci ex defectu intellectus scripture 10 et ex fastu aut avaricia, quibus nituntur suffocare simplices ut muscas cum telis aranee, quas forciores dirumpunt et destruunt tamquam nanci. tele quidem aranee || sunt regulariter ordite in angulis. fol. 66a

The Church would be in a more flourishing state if it saw in the Bible its sole law book

ex istis quinto colligunt considerantes prudenter 15 statum ecclesie, quod utilius et undique expedicius foret sibi regulari pure lege scripture, quam quod tradiciones humane sunt sic commixte cum veritatibus ewangelicis, ut sunt modo. — patet primo ex hoc, quod humanum ingenium obliquat ut plurimum a veritate scripture tam 20 in iudiciis quam in statutis condendis, ut patet ad oculum. et tanguntur causa undecima quest. tercia: quatuor modis; inquit Gregorius, 'pervertitur humanum iudicium, scilicet timore, cupiditate, livore et amore'. ista vero removet lex scripture. — secundo per hoc, 25 quod tunc sanctitas vite et non copia pecunie, favor sangwinis vel amicicie secularis forent regula ad preficiendum prepositos. — tertio per hoc, quod nec proficientes nec prefecti tantum errarent ex affeccione inutili

6 quam CD quod AB^a 7 imponi *in exitu corr. A*
 impositioni B^a 11 aut A ac B^aCD 12 aran..e
 inter n et e rasura B^a, in marg. B¹ addidit e, quod B^a
 neglexit 13 A¹ in marg. super. fol. 66a rubris litt.:
 utilius foret, regulari ecclesiam per solam dei legem sine traditionibus humanis 14 ordite correxit B^a ex ordinate
 17 pure lege A pure lege B^a pure in lege D;C, sed
 in expunxit aliquis 23 pervertitur primam sillabam
 corr. A A¹ in marg. miniavit quattuor sunt, que per-
 vertunt iudicium humanum

12 arranea significat retis subtilioris speciem, qua
 capiuntur muscae et aviculae 22 C. J. C. (Friedberg) I
 (Decr. II pars) c. 78 C. XI q. 3 pag. 665

circa multa. tunc enim pure attenderent circa regulas caritatis, quod foret sufficiens ad rectificandum ecclesiam et pure acciperent officium prepositure ad faciendum opus ewangeliste sine mixcione fastus vel questus seculi Christo
 5 et apostolis suis conformius. vel igitur oportet concedere, quod Cristus fuit divinitus in condendo legem ecclesie, vel quod illa per se sufficiat, cuius per se sufficiencia pateret, si nemo acceptaret preposituram in ecclesia nisi cum reinclinacione ex timore regiminis et laboris et ex
 10 proposito meritorie operandi. quo deficiente deficeret stipendum seculare. tunc enim superfluerent constitutiones contenciose circa ecclesiasticas dignitates. ideo radix talium est peccatum et consequenter tradiciones ille et locus licium sunt ecclesie perturbative.

15 sexto sequitur, quod omnes cristiani et precipue sacerdotes atque episcopi tenentur cognoscere primo omnem legem scripture. patet primo ex lege caritatis, qua debemus diligere deum super omnia et proximum ut nosmetipsos. sed nec diligimus deum nec
 20 nos nisi per custodiam legis dei. unde Origines Super Levit. Omelia septima: 'si quis peritus et sapiens medicus preciperet, ne quis sumat de succo talis herbe, quia tunc subito eveniret sibi interitus, nec dubito, quin unusquisque proprie salutis intuitu precepta medici servaret. nunc
 25 vero animarum et corporum medicus et dominus precipit, ebrietatem, crapulam et sollicitudinem evitare, quod cum non facimus, patet defectus fidei et amoris. oportet igitur discere tam dampnabiliter ignoratum'. unde beatus Gregorius in sermone comuni De Confessoribus inculcat
 30 tres conclusiones ad informandum ecclesiam in ista materia. prima, quod dominicus sermo debet audiri

*All Christians,
more especially
priests and
bishops should
study Holy
Scripture.*

4 cristo A; corr. B^a, in marg. B¹ iteravit cristo 10 proposito correxit A ex preposito 14 perturbative CD turbative B^a; A, sed in marg. adscriptis postmodum A² per 19 nosmetipsos CD nosipsos B^a; A, sed met inter n et i superscriptum est 20 A in marg.: Origenes 29 A in marg.: Gregorius.

20 cf. Opp. (ed. Migne) Ser. Gr. 12 pag. 476 26 cra-pula idem ac ebrietas vino effecta 29 has conclusiones in Greg. libris nusquam inveni, sed cf. Opp. Scr. I 77 pag. 563 sqq.

*on which the
salvation of the
faithful solely
depends*

*Therefore the
bishop's and the
priest's first
duty is to preach
the Gospel*

humiliter ac delectabiliter ab omnibus cristianis. patet ex hoc, quod in fide illius scripture necesse est, omnes salvandos salvari. licet enim quidam sint infantes, quidam surdi et quidam propter insolenciam mundi scripture ignari, tamen oportet, quod audiant deum loquentem, in eis istam legem pro suo tempore, si debeant umquam salvari. — secunda conclusio huius sancti pape est, quod

fol. 66b

sacerdotibus prepositis et specialiter episcopis iniungitur a deo sancte predicacionis officium. patet ex hoc, quod ipsi succedunt in ecclesia loco apostolorum ac discipulorum, quibus Cristus limitavit istud officium, ut patet vicesima prima dist. 'In Novo'. non igitur forent eorum vicarii, nisi imitarentur in officio nomen sui prepositi. non enim nudum nomen, sed mores faciunt presbiteros et imitacionis filios natos pro patribus, et illud officium iniunxit Cristus eis Marc. ultimo: predicate, inquit, ewangelium omni creature, et Act. primo: eritis michi testes usque ad ultimum terre, ubi patet ex finali iniunctione, quam Cristus tam signanter eis imposuit, quod voluit, illud esse opus eorum precipuum, quod probatur ex hoc, quod patris spiritualis ut huiusmodi est, spiritualiter gignere filios matris ecclesie, quod non fit nisi predicacione ewangelii Cristi, sicut nec confirmacio in fide. igitur hoc spectat ad spirituales patres et per consequens ad sacerdotes, in quantum huiusmodi. 25 predicare, dico, in opere vel sermone primum debet esse continuum, sed secundum interpolatum pro suo tempore. aliter enim non forent partes ecclesie illius officii, cum nec temporalium occupacio nec humana approbacio perse facit episcopum. illi enim debent duplice honore secundum quandam excellenciam honorari. hoc autem vendicant ex suo nomine, sed regula apostolica est prima

8 A¹ in marg. super. fol. 66b rubris litteris: Episcopi officium est predicatio verbi dei et studium legis dei 14 facit B^aD faciunt C fa A, sed ciunt postmodum adscripsit A² margini 19 intuacione B^a 23 sicut nec AB^a lacunam inter sicut et nec CD exhibent 30 triplici B^a

11 C. J. C. (Friedberg) I (Decr. I pars) c. 2 Dist. XXI pag. 69 16 Marc. 16, 15 17 v. 8

Thym. quinto: qui bene presunt presbiteri, duplii honore digni habeantur, maxime, qui laborant in ewangelio. vel igitur oportet negare regulam scripture vel episcopos in ewangelio precipue tamquam apostolos laborare, vel tercio in eorum desidiam plus laborantes in eorum officio instar dei amplius honorare. non enim cumulacio temporalium per se facit *and their whole dignity is centred in this duty, not in the name or any worldly possessions*

ralium adiacencia, variaretur honor episcopi. sed que foret tunc proporcio honoris Petri ad modernos pontifices! oportet itaque officium nomen episcopi ut formam perficere, quia aliter maneret dignitas informis dampnabilis ex perniciosa ypocrisi. oportet igitur, epis- copum in quantum huiusmodi habere habitum ewangelizandi. cum igitur nemo doceret scripturam, nisi eam prius addisceret, manifestum est, quod oportet, omnem episcopum scripturam sacram primo omnium discendo cognoscere. non enim precipit Cristus: predicate fabulas vel tradiciones humanas omni creature, sed predicate ewangelium, que est scriptura divinitus inspirata.

tercio ex istis colligitur, quod pontifex nec in se exercens predictoris officium nec ipsum suplens per substitutum, sed retardans, perturbans et contristans doctorem in edificando matrem ecclesiam per seminis fidei sparsionem, nedum privatur episcopatu quoad deum, sed in malicia excedit fermentum pharisaicum. nam ut sic manet solum nominetenus episcopus ex conclusione proxima et quotlibet legum concordanciis, sicut in parte tactum est supra capitulo *septimo* decimo. si enim perdit fol.66c graciā || atque dominium, per idem et episcopatum et per consequens, cum pretendit, se esse utilem servum

² digne AB^a, (?) D 12 officium expunxit A, om. C
 13 formam officium perf. C, *at* officium om. B^aD; A, *sed in*
marg. add. A^a 16 eam prius addisceret AB^a prius
 addisceret eam C; D, *sed lineis superscriptis lectionem codd.*
AB^a restituit 30 XVI^o codd. 31 A¹ *in marg. super.*
fol. 66c rubris litt.: contra impedites doctorem ei predicatorum
 32 per consequens C; *utrumque in correctura A* et patet B^aD

1 v. 17 30 cf. pag. supra pag. 43 sqq.

dei, percussus est fermento phariseorum, quod est ypo-crisis et eo ipsis dampnabilius, quo post maiorem Cristi instrucionem plus palliat tempore maioris gracie ad maius periculum matris ecclesie.

But as the pharisees and the scribes did of old, so they by their forgeries and their worldliness have blinded the Christians to God's law

unde signanter Cristus dicit Luc. undecimo phariseis 5 et legis peritis: ve vobis, legis peritis, qui tulistis clavem scientie, ipsi non introistis, et eos, qui introibant, prohibuistis. auferebant autem pharisei a subditis clavem scripture sacre per multiplicaciones tradicionum suarum, ut ibi dicitur, et propter affectionem, 10 quam habebant ad proprias adinventiones, quia erant plus pecunie lucrative, plus magnificabant, preconizabant et execucionem faciebant de illis, quam de preceptis dominicis. et utinam non pululet proporcionabile malum a generacione nequam hodie in ecclesia sancta dei! illi 15 autem sunt, quibus veritas imprecatur vel pocius prophetat multiplex ve, quod, ut recencius caveatur, ponitur in Decretis, ut recitatur supra *septimo* decimo capitulo, ex autoritate beati Petri in ordinacione Clementis: 'qui-cunque', inquit Decretum undecima quest. prima, 'con- 20 tristaverit doctorem veritatis, peccat in Cristum et patrem omnium exacerbat deum, propter quod et vita carebit'. hoc autem est hodie eo quidem periculosius, quo mundus est plus terrenis deditus et sponsus in celum peregrinatus.

considerarent itaque tales depravantes et retardantes 25 verbum scripture exemplum Lincolnensis dicentis, quod ecclesia est ortus irriguus, in quo plantantur omnia genera virtutum ut herbe, arbores et arbusta. si quis vero ex insolencia intraret ortum preciosum pontificis et

6 qui AD quia B^aC 8 ad hunc locum in cod.
A duo signa marginalia addita sunt, sed verba nulla; nisi forte huc refarenda sunt, quae paulo inferius in marg. miniatu*a* inveniuntur: contra magnificantes tradiciones humanas 16 prophetant AB^a 18 XVI^b codd. 26 A¹ in marg.: Lincolnensis, cui adposuit aliquis minio Nota 29 in-
solencia CD insolencia B^b; A, sed A² in marg. emen-
davit additis ex insolencia

5 v. 52 18 cf. supra pag. 44 20 C. J. C. (Fried-
berg) I (Decr. II pars) c. 12 C. XI q. 3 pag. 646 26 Ro-
berium laudatum conferre non patui, cf. supra I 1488

hanc herbam pedibus calcaret, illam autem ante seminis maturitatem prescinderet, aliam penitus eradicaret, nonne credimus, quod episcopus servum huiusmodi excomunicaret et specialiter, si se et totam familiam suam de fructibus huius sustentaret? quanto magis episcopus animarum, infinitum plus diligens vineam sue ecclesie, infinitum plus apprecians plantaria virtutum et semen fidei! — consideret igitur impediens cursum sermonis domini, dignitatem verbi, valorem populi edificandi et excellenciam officii et severitatem domini, et mediante dei gratia horrebit ponere offendiculum verbi dei.

secundo principaliter arguitur ad conclusionem ex hoc, quod bonum cuicunque persone utilius, honoracius et preceptum undique striccius est racionabiliter preserendum in tantum, quod peccatur graviter ex eius omissione, ut patet De Consecracione dist. quinta: 'Non Mediocriter', sed huiusmodi est lex sacre scripture in comparacione ad quascunque leges alias, igitur illa lex est primo ab omnibus et maxime a sacerdotibus ad discenda. utilitas autem personalis patet ex parte persone discentis et generalis ex parte sancte matris ecclesie, ex parte persone discentis tripliciter. primo enim fugat insultus hostium, secundo accumulat suo studenti tam meritum quam premium et tertium est medium, quod fol. 66d²: comunicative respicit utile alienum. fugat enim diabolum, ut patet ex officio exorcistarum et ex doctrina Christi Matth. || quarto, ubi temptatus a diabolo convicit eum tripliciter per scripturam.

unde, si non fallor, non est possibile vincere diabolum nisi per legem scripture sacre. quoad victoriam mundi dicit fides nostra prima Joh. quarto quis est,

1 autem AD aut B^aC 2 aliam penitus AD
et aliam penitus B^a aut qui penitus C 10 officii
in exitu corr. A affectionem B^aD 11 dei in corr. A,
vix legi potest sui B^aCD 12 A¹ in marg. infer.
utilitas studentis scripturam sacram rubris litteris 26 ex CD,
corr. A de B^a A¹ in marg. super. fol. 66^d miniavit
calcare affectiones mundi et sequi Cristum

*Holy Scripture
surpassing all
human law
should be
learned by all
Christians*

16 C. J. C. I (Decr. III pars) c. 24 Dist. V De Consecr.
pag. 1418 35 v. 4; 7; 10 30 v. 5

fratres, qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Jesus est filius dei. credulitas autem illa solum et solide discitur ex scriptura. si igitur vis calcare affectiones mundi, disce, quomodo filius dei penaliter, odibiliter et exiliter se habuit ad hunc mundum; penaliter, quia pro nobis egenus factus est, secunda Cor. octavo, non habens tantum in mundo in propriis, in quo capud reclinet, Matth. octavo; odibiliter se habuit, quia prima Joh. tertio: nolite mirari, si odit vos mundus etc., quia Joh. quinto decimo: si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret. si igitur cogitemus, quomodo membra diaboli patrem familias Belzebub vocaverunt, qui hec et omnia alia equanimiter tolleravit, si vere sumus eius domestici, paciemur conformiter et conformiter agemus penitenciam instar Cristi, qui sumpsit illud pro themate, ut ostendi quarto libro capitulo quinto decimo.

Without the Bible, any spiritual growth,

et ut breviter dicam, cum infinitum melius sit lucrum spirituale quam temporale, spirituale autem non potest acquiri sine doctrina scripture sacre, manifestum est ex legis utilitate, quod lex Christi sit cuilibet cristiano omnem aliam legem infinitum preponderans. ideo dicit Christus Matth. sexto decimo: quid prodest homini, si universum mundum lucretur, anime vero sue detrimentum paciatur?

ex istis patet, quod nedum accumulat bonum utile

5 exiliter <i>B^aC</i>	7 in mundo <i>CD</i>	in (corr.)
mundo <i>A</i>	de mundo <i>B^a</i>	ex
<i>C</i>	in propriis <i>AB^a</i>	Joh. sequitur locus
vacuus non ita magnus	<i>AB^aD</i>	<i>om. C lacunam</i>
expleri addito quinto decimo	15 et conformiter super-	scriptis inter lin.
A	17 capitulo seq. lacuna <i>A</i>	quinto
decimo supplevi	18 utilius <i>B^aCD</i>	26 accumulat <i>AC</i> ,
<i>corr. B^a</i> et <i>B¹</i> in marg.	iteravit	accumulet <i>D</i>

7 v. 9 8 v. 20 9 v. 13 10 v. 19 17 cf. De Civ. Dominio lib. II (ed. Loserth) cap. 15 pag. 197; verba ipsa, quibus utilit in textu, in libro laudato nusquam inveni; sed coniere ausim, JWum ad hoc cap., in quo de pauperie et passione Christi egregie disputat, supra respicere 23 v. 26

quia totum meritum boni spiritualis suo discipulo, sed fructum utilissimum sancte matris ecclesie.

*the peace of
the nations*

primo enim impossibile est pacem stabiliri in populo sine legis huius promulgacione, quod est officium sacerdotis. patet ex hoc, quod nec populus sine huius legis observancia, nec pax cum deo, sine qua non valet pax alia sine verbi dei custodia. patet totum ex sepe dictis. cum igitur pax sit unum precipuum, quod affectat totum genus hominum secundum Augustinum De Civitate Dei cap. *duodecimo* patet, quod est necessarium rei publice isti legi intendere. — secundo patet idem ex hoc, quod nec ecclesia nec quevis communitas potest vere dominari vel temporalia possidere sine instruccione et observancia huius legis. cum igitur sancta mater ecclesia intendit prospere procedere quoad temporalia hic in via, cum Cantic. octavo pro magno reputat, quod leva sponsi sit sub capite suo, videtur, quod maxime intenderet scientie necessarie ad hunc finem. nam sub isto colore tam ardenter intenditur scienciis lucrativis, et cum demonstrative sequitur, quod ille pocius perturbant pacem reipublice et spoliant ecclesiam quoad temporalia iure suo, quantam operam daret sancta mater ecclesia ad sapiendum has leges et ad erigendum lacius legem Christi! et dependet deduccio fundamentaliter super isto principio fidei ||, quod solo titulo caritas iuste acquiritur, possidetur vel defenditur terrena possessio, cum solum ille titulus sit allegabilis quoad deum. caritas autem solum et solide docetur et acquiritur lege Christi in tantum, quod, si lex alia docet caritatem aut virtutem aliquam, ipsa a deo est lex Christi.

*and the just
possession of
earthly goods
are impossible*

3 *A* in marg. pax 5 sine om. *B*^a 10 inter cap. et patet extat lacuna in *AD* 18 'duodecimo' supplevi necessarie in correctura *DB*^a, *B*¹ in marg. addidit necessario 20 perturbat *AD* 21 spoliat *D*, *A* emendavit ex spoliant 24 *A*¹ in marg. miniatuit nota 25 *A*¹ in marg. infer. fol. 66^a rubris litteris scripsit Sine theologia nichil iuste possidetur 26 cum *AB*^a*C* non *D* 27 allocabilis *B*^a

9 cf. Opp. tom. IX 729 sqq. et saepe alibi in August. libris 16 v. 3

tercio patet idem ex bono gracie et beatitudinis, quod est finis tocius boni utilis viatoris iuxta illud Luc. nono: quid prodest homini, si universum mundum lucretur, anime vero sue detrimentum paciatur? et idem demonstrat Aristoteles in primo et decimo s Ethicorum.

The true spiritual life of the Church is inseparably connected with the knowledge of Holy Scripture,

which thoroughly suffices for the salvation of the Christian

cum igitur bonum non potest acquiri ecclesie sine doctrina huius sciencie, videtur, quod illa sciencia sit utilissima sancte matri ecclesie. quecunque enim sciencia multiplicaverit in populo virtutes theologicas, hec est ¹⁰ sacra theologia sine differencia ligwarum vel forma humanitus instituta. si igitur iuxta doctrinam Christi Matth. septimo: omnis homo debet primo querere regnum dei et iusticiam eius, et accessorie hec omnia temporalia necessaria adicientur ei, mani- ¹⁵ feste sequitur, quod sciencia docens direccius hec duo querere est ab ecclesia propter bonum utile precipue amplectenda. sed quis dubitat, quin omnis talis sciencia sit theologia, sive ex auditu fidei sit humanitus docta sive divinitus inspirata. si enim iuxta testimonium Christi ²⁰ Matth. undevicesimo quicunque voluerit ad vitam ingredi, necessarium et sufficiens sibi est, servare mandata, videtur, quod lex mandatorum dei sit per se sufficiens. alie autem artes mechanice, eciam liberales vocate, sunt preternecessarie et, ut credo, secundum ²⁵ plurimum superflue, si non possessiones proprietarie fuerant culpabiliter introduce. tolle igitur omnem proprietatem et affectionem culpabilem et non est compibile, quin omnis casus ecclesie sit decisibilis secundum legem ewangelice caritatis. illa autem maxime ³⁰ defenderet ius sancte matris ecclesie, si oporteat, iniuriam paciendo.

2 viator *B^a*

4 anime vero sue detrimentum paciatur *CD*
tur *AB^a* detrimentum vero anime sue paciatur *CD*

7 igitur illud bonum *B^a* 13 VII^o *cuncti codd.* 16 *B^b* in
marg. notavit Nota de comparacione legum ²⁴ artes
corr. A partes *D* eciam *corr. A* vel *B^bD*

27 *A¹* in *marg. infer. rubris litteris:* Tolle proprietates, et
cessabunt tradiciones humane ²⁹ decisibile *D*

ex quibus videtur sequi corellarie, quod omnes tradiciones humane vel operaciones voluntarie, que diminuerint et abstulerint ab ecclesia cursum legis ewangelice, de tanto auferunt vel diminuunt fructum sancte matris ecclesie prevaricando in primum mandatum secunde tabule. nam de tanto tollunt ab ea bonum per se utile, eo, quod, quam bonum foret aliquid per se alteri, tam mala foret eius privacio. caveamus igitur a retardantibus comodum matris nostre!

*Traditionalism
prevents
gospel-teaching
from having
free course*

10 ulterius probatur, quod ex studio et praxi theologie adasset cuicunque persone ecclesie simplici vel aggregate bonum honestius quam ex studio vel praxi cuiuscunq; alterius facultatis, quia bonum sapientie increase accep- cius, cuius flores sunt fructus honoris et honestatis, ut 15 dicitur Ecclesiastici vicesimo quarto: folia enim verborum domini sunt flores et fructus status honestissimi atque pulcherrimi, cum ipse sit principium pulchritudinis et honestatis, preter cuius iudicium nichil est honestum, utile sive pulchrum. et per idem sequitur, 20 quod bonum maxime delectabile consistit in hac sacra fol.67^b sciencia, cum finis eius || sit contemplacio summi pulchri. nam capitur tamquam per se notum philosophis, quod, si virtus pura delectatur ex clara intuacione sui pulchri obiecti tamquam per se causa, tunc virtus purior, a distractio- 25 nione seclusior et intuacione summi delectabilis secundum plenam rationem sue pulchritudinis omnino intencior plus gauderet eo, quod per se causa et suum per se causatum mutuo correspondent. cum igitur ex fide scripture deus sit summe pulcher, plene compre- 30 hensus sine timore vel alio distrahente a beatis in patria, sequitur, quod illa comprehensio sit maxime gaudiosa. et cum finis theologie stat in ista clara visione trinitatis, que ex testimonio Cristi Joh. quarto decimo est vita eterna, sequitur, quod theologia quoad bonum delec-

*Bible-study as
the contem-
plation of the
highest beauty
is a sacred
work*

10 A¹ in marg. minio: Theologia
om. A; CD, sed in marg. addiderunt prima manus C
et D¹ 21 A¹ in marg. super. fol. 67^b miniavit Theologie
recomendacio 25 intuicione A intencione B^a 27 nitensior A

15 v. 18 sqq.

33 v. 6-10

*The study of
divinity far
grander than
any other
knowledge*

*Faith the
highest
spiritual good
of the
Churchmen*

tabile exsuperat quascunque alias sciencias. ipsa enim plus preparat in via ad fidem, spem et caritatem. cum igitur oportet in predestinatis succedere claram visionem, comprehensionem et plenum amorem, sequitur, quod theologia disponit maxime ad hunc finem. igitur hec sciencia propter certitudinem procedendi, propter nobilitatem obiecti et propter rationem finis ultimi est honoracione cunctis aliis. nulla enim alia est bona, nisi de quanto ad istam promovet vel disponit, et per consequens quecumque animalis vel terrena sciencia est dia-
bolica, que huic obviando diminuit vel retardat, quia, cum sola illa gignit vel auget fidem ecclesie, patet, quod hec sola inter sciencias gignit et refovet membra Christi. nam Ebr. decimo dicit apostolus, quod iustus meus ex fide vivit. primum, inquam, esse spirituale adveniens membris ecclesie est per fidem, et utinam non sic de alienis artibus, quibus videntur virtutes theologice nutrirri, sicut fuit de quibusdam demonibus, qui censebantur miraculose curare vexatos ex ista illusione sophistica, quod laxarent lesionem eorum, quos antea plus vexabant. scimus quidem, quod oportet omnem virtutem theologiam effundi desuper et non dispositio ad diccionem verborum mendacium. ideo relinquitur, quod solum ad verba domini vel scripture in tantum, quod demones coniurant et nature transmutantur tam a fidelibus quam infidelibus dumtaxat verbis domini. unde si deus infundit graciam vexatis hiis tradicionibus, hoc non erit disposicione vel occasione data ab hiis verbis exteris, sed ex clemencia illius, qui, ubi habundavit delictum, superhabundare fecit et graciam. sola igitur verba domini sunt seminanda in populo precipiente Petro prime quarto: si quis loquitur quasi sermones dei.

5 hec igitur *et sic frequenter B^a ordinem verborum mutat; abhinc non testabor, nisi ubi ullius momenti ad cognoscendam sentenciam scriptoris mihi videtur* 14 meus AB^aC
nimis linea delebit el in marg. emendavit D^a addito meus
17 partibus A, sed postmodum p linea transversa delebit manus recentior

14 v. 38 20 cf. Luc. 11 24 sqq. 29 cf. Rom. 5 20 32 v. II.

quodlibet enim verbum veritatis secundum legem scripture directe edificatorum sancte matris ecclesie est in quantum huiusmodi sermo dei. et hinc Cristus acutissime improperat sacerdotibus, phariseis et scribis eo,
 5 quod ad dei iniuriam magnificarunt suas tradiciones postposita lege dei, ut patet Matth. quinto decimo et vicesimo tercio, Luce quinto et quinto decimo. nam in verbo dei est vis gignitiva et nutritiva filiorum dei. ideo se manifestant filios diaboli, qui occidendo,
 fol.67c¹⁰ extenuando vel tardando || pugiles sui exercitus, vetando generacionem filiorum dei multiplicant alienos, quia hoc est nedum prodere dominum in sponsa sua dilectissima, sed ipsum dominum torquet, laniat et infirmat in corpore suo mistico, quod est ecclesia. sed quid foret magis
 25 hereticum atque blasphemum?

ulterius patet, quod ista sciencia est maxime a fi-
 delibus et specialiter sacerdotibus attendenda ex virtute
 precepti dominici. nam Joh. ultimo precipit Cristus
 Petro, quod pascat oves suas, nec dubium, quin, sicut
 20 in Petro dedit cunctis eius successoribus presbiteris
 potestatem ordinis sacerdotalis, sic in Petro iniunxit
 cunctis illis illud sacerdotis officium; igitur ex vi precepti
 dominici cuncti presbiteri, successores Petri, tenentur ad
 hoc ministerium.

notemus, rogo, formam precepti dominici, quomodo
 in finali colloquio Petri cum domino triplicatur non sub

*The chief duty
of the Christian
and of the
priest is to
preach the
word of God*

1 quolibet *B^a*, sed in marg. *B¹* add. d sine sig. mar-
 ginali, quod quin ad quolibet spectet in dubio mihi non est
 6 postposito *C* preposita *B^a* 7 et luce *D* 10 *A¹*
 in marg. super. fol. 67c miniavit Omnes sacerdotes debent
 studere et alios docere theologiam vocando *B^a* 20 eius *AB^a*
 suis *CD* 21 iniunxit *ACD* locus rarus *B^a*, sed *B¹*
 in marg. addens dedit hoc legi maluit 22 cunctis illud
 sacerdotis igitur *D*, sed illis inter cunctis et illud atque officium
 inter sacerdotis et igitur subscriptis *D¹* (vel alia manus
 recentior) 24 misterium *B^a*, sed in marg. figuram crucis
 addidit *B¹*, qua, nisi fallor, indicare voluit, lectionem textus
 hic correctura quadam, quam addere neglexit, sanandam
 esse

6 v. 2; 6	7 v. 2 sqq.	v. 30 sqq.	v. 2 sqq.
18 21 ^{rs} sqq.	cf. Joh. 21 ^{rs} sqq.		

10⁴

quacunque similitudine vel optentu, sed sicut amat dominum, et per consequens, sicut ab eo appetit reamari.
*Love to Christ
the only way to
salvation*
 et cum sine tali amore reciproco non est salus, patet, quantam operam daret omnis presbiter ad illud officium peragendum.

unde ne aliquis sacerdos excusetur ab isto officio, precipitur sub disiunctione pastus ovium et agnorum, ut, cui deest ovium cibus solidus et subtilis, saltem habeat lac fidei, quo tenera neofitorum infancia nutriatur; quod si talis pastus omnino defuerit, nedum deest nomen presbiteri, sed nomen veri et solidi cristiani. qui enim nescit oracionem dominicam et simbolum, ut doceat ignaros filios incorporandos ecclesie, quomodo complebit tam vacuus a fide ministerium regule cristiane? si autem pater carnalis et maiores utriusque testamenti tenentur docere filios legem suam, quanto magis patres spirituales, cuiusmodi debent esse omnes presbiteri! omnis enim fidelis ex vi seninis fidei habet potestatem gignendi spiritualiter natos ecclesie, igitur multo evidencius habet pastum ad genitos nutriendum. si enim semen naturale ordinatur ad procreandum naturales filios cum iuvamine nature, multo magis semen spirituale ordinatur ad passendum natos genitos et pro novis gignendis superhabundanter virtute gracie seminandum. aliter enim deus plus deficeret generacioni cristianorum, quam natura deficit generacioni segetum, cum tamen spirituale semen, de quanto plus expenditur in cibando, de tanto fit copiosius in seminando. cum igitur omnis presbiter tenetur pascere, non dubium spiritualiter verbo dei, manifeste sequitur, quod tenetur primo omnium adiscere et cognoscere dictum verbum.

² redamare *B^a*, sed in marg. *B¹* signum quoddam hac forma effectum Δ posuit eadem intencione, quam modo tetigi; has figuræ futilis non iam notabo ⁷ difference *B^a* (?) *C* ¹⁰ defecerit *B^a* ¹² et *C*. *A* corredit vel *B^aD* ¹⁰ doceant *D* ²³ gignendum *D* (?) ²⁴ habundantis (?) *A* ¹⁰ seminande *D* ²⁹ spiritualiter *om.* *A* in textu, addidit in margine *A¹*

⁷ cf. *Joh.* 21 15; 16

⁹ cf. *Ebr.* 9 12 sqq.

confirmatur ex hoc, quod presbiteri, qui laborant
in isto officio sunt a domino et populo
maxime honorandi, ut patet prima Thym. quinto;
igitur cum honor sit premium virtutis, sequitur,
5 quod hoc sit pro statu vie magis excellens officium
sacerdotis. in hoc enim facit homines quodammodo
diiformes. cum igitur omnes presbiteri tenentur con-
tinue in agendo caritatem procedere, quod maxime
fol. 67d ostenderetur in hoc ministerio, videtur, quod omnes
10 presbiteri, ymmo omnes || cristiani secundum divisionem
sue gracie hoc tenentur. aliter enim non est perfectum
animal secundum philosophos, nisi sciat producere sibi
simile in nature. igitur multo magis non est perfectus
spiritualis homo, nisi sufficiat instar apostoli gignere simile
15 sibi in gratia.

item Matth. decimo et Luc. nono Cristus iniungit
generaliter apostolis atque discipulis predicandi officium
concludens, eos hoc debere eo, quod gratis acce-
perunt a deo potestatem ac virtutem, ut ita faciant.
20 debent enim non frustrando ordinacionem divinam
elemosinam tam meritoriam gratis dare. nam spiritualis
generacio filiorum dei salvat speciem cristianitatis, que
precellit individuum, ut dicit Aristoteles secundo De
Anima, ponens, quod vis generativa est omnino pocior
25 quam augmentativa divine condicioni ut sic similis. nam
miles ociāns in salvacione regni temporalis et fruistrans
ordinacionem terreni domini est tamquam proditor

5 extollens A 7 deiformes (?) A 8 agendo CD, A
cum u expuncto post a augendo B^a caritatem A, sed
A^a in marg. caritative add. 20 non B^aC om. D; A,
sed addidit aliquis in marg. B^b in marg. notavit nam
spiritualis generacio filiorum dei, que fit per predicationem et
bonam exortacionem salvat speciem cristianitatis, que precellit
individuum, ut dicit Aristoteles 20 de anima, et sic fecit miles
ocians in salvacione regni temporalis. fruistrans ordinacionem
terreni domini est tamquam proditor temporaliter condemp-
nandus, multo magis ociāns a spirituali milicia, per quam
regnum celorum, id est, ecclesia salvaretur, est proditor con-
dempnandus 24 omnino C, corr. A ideo B^bD
25 argumentativa B^a

4 v. 17 16 v. 7 v. 2 18 v. 8 23 cf. Opp.
(ed. Acad. Reg. Berol.) I ΗΕΡΙ ΨΤΧΗΣ B 4416

*and bound to
beget 'sons'
in 'the spirit'*

temporaliter condemnandus, igitur multo magis ocians a spirituali milicia, per quam regnum celorum, hoc est ecclesia salvaretur. si enim videns fratrem suum egentem corporaliter et habens substanciam mundanam claudendo viscera sua ab eo, ut sic deficit de caritate, ut patet prima Joh. tertio, quanto magis, qui habet spiritualem thezaurum videndo fratrem suum plus egentem, cui posset preciosius, facilius et infinitum comodius suffragari, plus elongatur a caritate negando spirituale subsidium! si enim preceptum est in veteri testamento, extrahere iumentum inimici de puto, ut patet, quanto magis in novo testamento, ubi caritas debet esse attencior, debet cristianus extrahere

The dignity of the priest resists on his setting forth God's law preciosam animam de puto peccatorum!

sic igitur ex lege caritatis et principiis fidei demonstratur, quod sacerdotes precipue debent arti operis predandi attendere, cum ex isto habent officii dignitatem.

item sacerdotes veteris testamenti tenebantur solum intendere legi dei, sed sacerdotes novi testamenti sunt obligatores ad illud officium, igitur multo magis illi debent solum intendere legi dei, supposita maiori ex hoc, quod non habuerunt legem aliam. patet minor ex hoc, quod sacerdotes nostri receperunt a deo ampliora carismata et obligationem stricciorem. ac maior est legis sufficiencia et minor extraneandi indigencia. Cristus enim excellit angelum dantem legem veterem, gracie que nostri sacerdotii sunt pociores et lex scripture impleta, exposita et facilitata per Cristum, que non diffilitatur, sed facilitatur ex multitudine servitorum. que igitur necessitas Christi sacerdotibus, tam dampnabiliter intendere legibus alienis? non enim prodesset eis nisi ad stabilendum possessiones ecclesiasticas preter evangelium introductas. unde in signum, quod leges huiusmodi fuerant illegitime introducte, considera, quod per

5 de AD a B^aC 6 videntem B^a 11 patet sequitur locus vacuus in cunctis codd. 14 principis B^a

6 v. 17 11 verba ipsa supra scripta in vet. test. nusquam existant, sed cf. Luc. 14s 26 cf. Act. 753

theologiam fuit dotacio facta ecclesie. et ut leges
humane multiplicantur, lex Cristi, pax ecclesie ac eius
fol. 68^a multiplicacio || retardantur.

*The greater
the number of
human laws,
the less peace
in the Church*

evidens est igitur, sicut tempore Cristi delectus
est populus propter tradiciones pharizeicas, sic oportet
esse modo, si tradiciones seculares plus multiplicentur,
si conversaciones sacerdotales plus ad seculum perver-
tuntur et per consequens regimen legis Cristi et suffra-
gium ducum spiritualium subtrahuntur. quod notat
10 Origenes Super Josue omelia septima, quomodo muri
Jericho clangore tubarum sacerdotum ipsam sepcies
circumeuncium subruuntur, ut patet Josue sexto. Jericho
enim, in quod legitur, Luc. undevicesimo, naturam ho-
minis a Jerusalem descendisse, et cuius cecos legitur
15 Cristum Luc. duodevicesimo illustrasse, presens seculum
signanter signat. Jericho namque interpretatur luna vel
odor eius, ideo pertinenter signat homines circa fluxi-
bilitatem temporalium corpore vel affeccione instabiliter
agitatos, cuius civitatis diaboli muri sunt cultus mam-
20 mone et turres eminencia hereticorum dogmata, quibus
tamquam propugnaculis negotia secularia sunt munita.
sed dominus Jesus Cristus, cuius tipum gessit Jesus,
filius Nave, per tubacionem apostolorum fecit muros et
turres illius civitatis corruere, quando in omnem terram
25 exivit sonus eorum. de ewangelica paupertate septiformi
gracia cum corpore Christi tamquam archa utriusque
testamenti efficaciter collustrante, tube vero ductiles sacer-
dotum sunt organa vocis presbiteri, per que sensus scrip-
ture ducitur ad secularia desideria deterendum. unde

3 A² in marg. super. fol. 68^a atramento subpallido nota-
vit Nota istum processum 4 quod sicut B^a distractus C
10 A² in marg.: Origenes A¹ in marg. Nota et infra
hoc add. mistica significacio subversionis Jericho 11 ierico B^a
et sic semper, nisi ubi aliter testor ipsum CD 12 circum-
veniencium B^a 13 quo B^a 19 agitatas A muri
(sic) B^a 23 nave AD; n correxit B^a, iteravit in
marg. B¹ nave C 27 dociles B^a

10 cf. Opp. Ser. Gr. 12 II 857 sqq. 12 v. 20 13 v. 1;
naturam hominis i. e. Christum 15 v. 35 22 Jesus i. e.
Josue, filius Nun 23 Nave = Nun, cf. Ecclesiastici 46,
25 cf. Ps. 195

si sacerdos es, cum ad hoc sis specialiter genus electum, quasi tuba exalta vocem tuam, ut dicitur Ysa. quinquagesimo octavo, quasi tuba considerans, quod non a te plus, quam es, habes vocem huiusmodi, sed es nudum organum vocis sponsi. sic enim non superbirent s predicatores de voce eius, qui loquitor in eis, Cristus.

secundo connecterent partes sermonis sui ad invicem instar tube de paginis utriusque testamenti connexa proferentes nova et vetera. sic enim sumus cum antiquis patribus una spiritus sancti fistula non evagantes per 10 verba a sermonibus dei extranea.

*The gospel is
to be preached
with love, but
without fear*

tercio secundum formam tube debet predicator amplificando caritatem procedere et tamquam magne autoritatis sermones instar filiorum tonitru intrepide predicare ac quinque verba, de quibus prima Cor. quarto 15 decimo granditer, circulariter et indifferenter capacibus seminare. sicut enim cultor secundum porcionem circuli seminat nunc elevacior in pedibus et nunc depressior, sic predicator nunc vite contemplative et nunc active intendens debet verbum dei quorsumlibet secundum 20 sanctum propositum seminare. sed notandum est, quod populus debet precedere armatus et wlgus sequetur septem sacerdotes clangentes in septem buccinis iubileis, quia omnis cristianus debet primo armari virtutibus et meritorie operari, quia Act. primo cepit Jesus facere 25 et docere. intendentes autem operibus laicis secundum vitam activam debent sequi doctrinam sacerdotum ex scriptura sacra excerptam, et totus cristianismus debet clamare concorditer iubilacionem duci exercitus domino 3068b Jesu Christo, cum debent iocunde || pugnare contra exercitum diaboli ascribendo potentiam et victoriam dicto duci. et de isto cantu dicitur Psal. octogesimo nono: beatus populus, qui scit iubilacionem.

quod autem septem sacerdotes debent tubis clangere quotlibet sex dierum, significat, quod universitas sacerdotum 35

7 ad invicem *omiserunt ACD, sed A² et C² in marg.*
addiderunt 8 pagnis corr. B^a 16 circanaliter (?) C
 18 elevationem B^a 32 88^o codd. 35 signatur B^a

3 v. 1 8 cf. Matth. 13_{f2} 15 v. 8 sqq. 25 v. 1 32 v. 16

debet per sex estates militantis ecclesie in predicacione ewangelii resonare, sed non ante septimam etatem destruetur funditus conversacio pompatica huius mundi. nam Jericho signans civitatem, quam fecit amor sui usque ad contemptum dei, clauditur muro triplici, scilicet carnalis concupiscentie temporalis affluencie et mundialis excellencie, qui murus subvertitur sonitu sancte predicationis, clamore devote oracionis et circuitu perfecto signato senario proprie discussionis. sic igitur ingreduntur cuncti bellantes de civitate dei civitatem diaboli, quam expugnant, et aurum inventum philosophice sapientie, argentum mundane eloquacie et vasa naturalis industrie atque potencie debent in erarium domini consecrari, quia ad sacrum usum edificationis ecclesie converti ritu et conversacione crescente ad fastum seculi penitus extincta. sola vero Raab meretrix cum genere suo salvabitur, quia soli seculares, qui gentiliter viventes fornicantur a sposo ecclesie, sed faciendo opera bona de genere, resipiscendo pie ac defendendo predicatores ewangelii salvabuntur. nam pietas misericors, que ad omnia valet, facit, quod adulterantes a domino misericordiam consequentur. patet de Nabuchodonozor, de centurione atque Cornelio. sed summe timendum est nobis clericis, quod Josue noster imprecatus est: maledictus vir coram domino, qui suscitaverit et edificaverit Jericho civitatem. sed quot clerici post donationem ecclesie sumpserunt de anathemate pallium coccinum, hoc est seculare dominium, quod est in laico valde bonum, regulam auream, hoc est, mundanam sapientiam populum civiliter regulantem et ducentos siclos argenti, hoc est eloquiam secundum leges civiles et ecclesiasticas temporalia perquirantem. et hec racio, quare primogenita martirii pro lege Cristi in dotacione ecclesie

*Wordly pos-
session, a
blessing for
the layman,
have become
a curse to the
clergy*

4 gerico <i>B^a</i>	10 civitatem <i>ACD</i>	in locum civi-
tatis <i>B^a</i>	22 consequuntur <i>B^aC</i>	consecuntur <i>D</i>
nabugodonozor <i>B^aCD</i>	27 ecclesie <i>B^aCD</i> ; <i>A'</i> in marg. esse <i>A</i> in textu expunctum	ciclos <i>B^aCD</i>
30	30 300 codd.	

16 cf. <i>Jos. 6₂₅</i>	22 cf. <i>Dan. 5₃₁ sqq.</i>	23 cf. <i>Matth. 8₅ sqq.</i>
cf. <i>Act. 10₄₄ sqq.</i>	25 cf. <i>Jos. 6₂₆</i>	27 et 29 cf. <i>Jos. 7₂₁</i>
30 cf. <i>ibid.</i>		

sunt extincta et novissimo catholicatis cartis huius dationis plus quam ewangelium tam prima opera caritatis quam novissima sunt sopita. sed quod plus timendum est in exercitu cristiano, propter prevaricacionem sacerdotis confitentis Cristi pauperiem percussi sunt triginta sex viri ⁵ a civibus urbis Hay, hoc est universitas superborum, que ducitur ex superbia sacerdotum. Hay enim, quod interpretatur vita vallium, signat exercitum spirituum superborum in thartaris detrusorum. pereunte quidem ducatu sacerdotum in tubis ductilibus necesse est, ut vincatur ¹⁰ a diabolo exercitus cristianus, quia Trenorum quarto dicitur: propter peccata prophetarum eius et iniqüitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sangwinem iustorum, erraverunt ceci in plateis, quia Matth. quinto decimo dicit Cristus: si ¹⁵ cecus ceco ducatum prestet, ambo in foveam cadunt. oportet igitur tubare continue, non nunc verbum dicendo, nunc propter temporalia adulando, nunc timore servili remissius formidando et nunc ad rapiendum ²⁰ pusillos rancus et ruptus extra tubam scripture sacre ^{20f. 1.68c} bestialiter infremendo. melius quidem foret, quod oculus talis foret erutus et projectus a persona ecclesie vel saltem cum Achan, ut narratur *duodevicesimo* capitulo huius, spiritualiter fuerit lapidatus, quia, ut allegat Origenes ex doctrina Cristi Matth. quinto, si oculus tuus dexter ²⁵ scandalizat te, eice eum et proice abs te.

tota itaque scriptura sacra moraliter et literaliter attestatur huic sentencie.

1 in novissimo *B^aCD* 6 hai *B^a*, qui i postmodum
addidit 7 dicitur *B^a* 12 eius *AB^aC* est *D* 16 cecus
si *B^aCD*; *A*, sed signo quodam superscripto in si cecus mu-
tavit 17 titubare *D* verum *B^a* 20 pusillos *B^aCD*;
A² in marg. pullos (*expunctum*) *A* in textu 23 17^o codd.
24 fuit *D* 26 eice *A* erue *B^aCD* 28 *A* (*prima*
manus) in linea ultima capituli atramento: in vigilia sancti
Jacobi, minio: capitulum vicesimum primum

5 cf. Jos. 7 ₅	11 v. 13—14	15 v. 14
20 rancus in sermone lat. med. aevi idem est ac rancidus (?)		
23 cf. supra pag. 83	24 cf. supra I 306 ₇	25 v. 29

CAPITULUM VICESIMUM PRIMUM.

sed ut materia de officio predicandi sit clarior, confirmanda est secundum leges ecclesie ex scriptura a sanctis doctoribus eliquatas.

5 primo enim videtur, quod ex dignitate verbi dei sit caritative comunicandum fratribus. nam iuxta testimonium salvatoris Luc. undecimo plus est, audire verbum dei et custodire illud finaliter quam gestare carnaliter Cristum ex utero, cum per se secundo beata virgo sit glorificata, non autem per se primo, nisi per accidens. beati, inquit Cristus, qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. et istam sentenciam inculcat canon primus quest. prima. sub autoritate Augustini: 'interrogo vos, fratres vel sorores, dicite michi, quid vobis plus videtur esse, corpus Christi an verbum Christi? si vltis verum respondere, hoc dicere debetis, quod non sit minus verbum dei quam corpus Christi. ideo quanta solicitudine observamus, quando nobis corpus Christi ministratur, ut nichil ex ipso de manibus nostris in terram cadat, tanta 20 solicitudine observemus, ne verbum, quod vobis erogatur, dum aliud aut cogitamus aut loquimur, de corde puro depereat, quia non minus reus est, qui verbum dei negligenter audiverit, quam ille, qui corpus Christi sua negligencia in terram cadere permiserit'.

*The necessity
of evangelical
preaching
proved from
the Decretals*

6 caritative corr. *B^a*, in marg. *B¹* tive iteravit, et sic sexenties in eis, quae sequuntur; abhinc non testabor 9 utro in correctura *B^a*, sed *B¹* in marg. addens e legi maluit utero pro secundo *B^aCD*; *B^a* addens inter lineas sit post secundo sit om. *B^a* in textu 10 per se omiserunt *B^aCD* pro primo *B^aCD* 16 *B⁴* in marg.: non est minus verbum dei quam corpus Christi. hec Augustinus 22 *B⁴* in marg.: non minus reus est, qui verbum dei negligenter audierit, quam ille, qui corpus Christi sua negligencia in terram cadere permiserit. ideo cum magna reverentia scriptura sacra est suscipienda

7 v. 28 11 cf.
(Decr. II pars) c. 94 C. I q. 1 pag. 391

12 C. J. C. I

To preach the word of God is a holier work than to celebrate the Eucharist, ex istis patet primo, cum quanta reverencia scriptura sacra est tractanda et non cum sensu erroneo detur, panda. patet secundo, quod predicatio verbi dei est actus solempnior quam confeccio sacramenti, cum tantum sit unum recipere verbum dei sicut corpus Cristi. igitur 5 multo plus est, populum recipere verbum dei, quam unicam personam recipere corpus Cristi. istud igitur officium superioribus sacerdotibus est debitum, cum penes officium ewangelizandi et mensis ministrandi distincti sunt sacerdotes atque diaconi, ut patet Act. sexto et 10 testatur canon vicesima quinta dist. et tricesima sexta in fine. unde Archidiaconus assignat causam supereminencie verbi dei super accepcione corporis Cristi in hoc, quod predicatio delet mortalia efficacius quam eucaristia. 'facit', inquit, 'verbum dei novem in cordibus nostris, 15 ex quibus sequitur peccati dimissio. frangit enim corda nostra per timorem, Jer. vicesimo tercio: nonne verba mea quasi ignis ardens et quasi malleus conterens petram. secundo conterit per dolorem Psal. quinquagesimo primo: cor contritum et humiliatum, 20 deus, non despicies. tertio liquefacit per amorem, Cantic. quinto: anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. quarto preter cordis duriciem trahit sursum per desiderium, Cant. primo: trahe me post te, dicit ecclesia verbo dei. || quinto ebibit per²⁵ fol. 68d delectacionem, unde Psal. septuagesimo septimo: memor fui dei et delectatus sum, et defecit spiritus meus. sexto vivificat per inspiracionem, Ebr. quinto: vivus est sermo dei, et Joh. quinto: venit hora et

11 25 ^a corr. B ^a , in marg. addidit B ¹	14 eucaristia A
eucharistia B ^a	eukaristia CD
verbum dei quid facit	20 50 ^o codd.
infer. fol. 68 ^c miniavit utilitas verbi dei	25 A ¹ in marg.
	26 76 ^o codd.

10 v. 1 sqq.	11 C. J. C. I (Decr. I pars) c. 1 et 2
Dist. XXV pag. 89—92; cf. ibid. c. 3 Dist. XXXVI pag. 135	
12 cf. ibid. c. 5 Dist. XLIII pag. 156: dispensatio est nobis iniuncta coelestis seminis sq.; sed rem leviter tantum tangit hoc cap.	17 v. 29 . . . 20 v. 19 . . . 22 v. 6
24 v. 4	26 v. 4
	28 Ebr. 412
	29 v. 25

nunc est, quando mortui audient vocem filii dei,
et qui audierint, vivent. septimo sanat egrotos,
Psal. centesimo septimo: misit verbum suum et
sanavit eos. octavo prescidit morbos et vulnerat ad
salutem, unde, quia incutit timorem pene et amorem gau-
dii implens duas partes iusticie. ideo apostolus Ebr.
quarto dicit, quod est penetrabilior omni gladio
ancipi. nono illuminat, ut videantur festuce pecca-
minum, Psal. centesimo undevicesimo: lucerna pedibus
meis verbum tuum et lumen semitis meis.

dictum autem verbum predicatum est veritas et per
consequens essencialiter deus ipse. ideo eius predicatio
est opus dignissimum creature.

Therefore every Christian is to take it up as a duty imposed by God

item omnis cristianus debet pre omnibus operi
precipuo sibi limitato a deo diligenter intendere, sed illud
est opus ewangelizandi iniunctum a domino sacerdoti,
ut patet proximo capitulo, igitur sacerdos debet pre
omnibus operi illi intendere. non enim debet ociali.
minor patet ex hoc, quod illud opus producit propin-
quissime filios dei.

confirmatur primo in exemplo posito, quod quis
posset sine culpa gignere naturalem filium, qui statim
genitus foret rex Anglie, quantam operam daret ad per-
ficiendum hoc opus! sed gignens spiritualiter filium dei
gignit plus quam regem aliquem temporalem, quia filium dei
et sancte matris ecclesie, qui constituitur super omnia
bona dei, ut patet ex fide scripture. et indubie infinitum
plus proficeret talis genitus suo gignenti, non ponenti
obicem, quam seculariter proficeret aliquis rex terrenus.

3 106° codd. 118° codd. 14 cristianus in marg. adscriptis. C²
om. C 15 attendere B^a, postmodum att. deleta sunt
duabus lineis transversis et in superscriptis aliquis 16 hic
A signum marginale habet, sed nota, quam indicare solet,
deest 18 ille ociali B^a 21 hic A signum mar-
ginale sine nota (cf. supra lin. 16) exhibet 22 A in
marg. min.: nota 24 opus dignissimum creature sed C
dignissimum creature desunt in ceteris; fortasse in cod.,
quo C usus est, in margine adscripta fuerunt spiritua-
liter om. D

unde ego non video, quin defectus fidei, quo bestialiter sumus in vanitate sensibilium excecati, facit, quod non credimus huiusmodi rationi.

*Christ com-
manded us to
do so by His
words and
doings*

confirmatur secundo ex verbis et factis Christi, quibus debemus maxime imitando intendere. nam Matth. duos decimo legitur, quomodo Judei voluerunt Christum ab actu predicandi distrahere, dicentes: ecce, mater tua et fratres tui foris stant querentes te. at ille: que est mater mea, et qui sunt fratres mei? et extendens manus in discipulos ait: quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in celis est, ipse pater meus, frater, soror et mater est, ubi nulli dubium, quin prefert tam verbo quam opere cognacionem spiritualem cognacioni carnali. nec licet fideli volenti admittere fidem scripture negare, quin contingit, catholicum predicacione verbi dei filios dei gignere, ut patet Joh. primo et prima Cor. quarto. unde tercia epistola Joh.: maiorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare.

et si obicitur, quod homo non potest sic gignere filios dei et suos sine gratia speciali, revera nec potest gignere filios naturales sine speciali operacione nature, ideo, sicut apostolus prima Cor. tertio: dei adiutores sumus.

tercio confirmatur ex lege ecclesie, que declarat, quod requiritur in archiepiscopo et episcopo, quod sciat utrumque testamentum et per consequens totam scripturam sacram. || nam tricesima octava dist. sic scribit

fol. 69a

4 hic in A signum marginale, quod nota caret, invenitur
 8 tui om. D, add. in marg. D¹ 17 v. 12 v. 15 v. 4
 at ille margini adscriptum D¹ 20 sic om. B^a 21 gracia speciali AD; C,
 sed C² in marg. cum signo marg. addidit dei gracia
 dei speciali B^a 22 naturali cum s superscripto super i
 B^a, sed in marg. B¹ emendavit naturales 23 sicut dicit
 apostolus CD 27 testimonium (? testamentum) A 28 A
 in marg. super. fol. 69a minicavit Sacerdos tenetur scire divinas
 scripturas

5 v. 47—50 17 v. 12 v. 15 v. 4
 23 v. 9 28 C. J. C. I (Decr. I pars) c. 6 Dist. XXXVIII
 pag. 142

Severinus papa: 'omnes psallentes repromittimus deo: in iustificacionibus tuis meditabor et non obli-
viscar sermones tuos, quod omnes quidem cristianos
observare saluberrimum est, sed precipue hos, qui eccl-
esiasticam consecuti sunt dignitatem. unde diffinimus
omnem, qui ad episcopatus promovendus est gradum,
modis omnibus psalterium nosse, ut ex hoc eciam omnis
clericus, qui sub eo fuerit, ita moneatur et imbuatur.
inquiratur autem diligenter a metropolitano, si in promptu
habeat legem scrutabiliter et non transitorie tam sacros
canones et sanctum ewangelium, quam divini apostoli
librum et omnem divinam scripturam atque secundum
mandata conversari et docere populum sibi commissum.
substanciam enim summi sacerdotii nostri gerunt eloquia
divinitus tradita, id est, vera divinarum scripturarum dis-
ciplina, quemadmodum magnus precipit Dionisius. quod si
quis deceptaverit et ita libenter facere sicut docere minime
spoponderit, nullatenus consecretur. ait enim dominus
per prophetam: tu scienciam repulisti et ego re-
pellam te, ne sacerdocio fungaris michi'. et
idem patet vicesima tercia dist. 'Qui Episcopus' et
tricesima sexta dist. 'Qui Ecclesiasticis' cum quotlibet
legibus similibus et concordibus doctorum testimoniiis.
unde Archidiaconus: 'substancia sacerdotii est illud, quo
sustentatur sacerdotium, et sine quo non rite exercetur
sacerdotale officium, cuiusmodi est disciplina divinarum
scripturarum. unde contra prelatum non habentem

*The priest as
God would
have him is he
who studies
Holy Scripture*

1 zepherinus *B^aD* 2 et omiserunt *B^aD*; *A*, sed
int. lin. add. *obliviscar* *B^aC* 3 ser. (sic) *D* 4 *tu.* (sic) *AD* 5 *eciam* *ACD* 6 *et B^a*
8 cleru*s B^a* 12 et *C^a* int. lineas addidit 7 *et* *B^a* quam
(linea delet.) *C in textu* 14 substancia *B^a* 10 repel-
listi *C* 21 que *A* 27 *B^a* in marg. notavit: contra pre-
latum non habentem scienciam scripturarum, est illud Ysa. 56
canes muti, non valentes latrare. valet, inquit, sciencia scrip-
tarum ad resistendum hereticis et falsis cristianis. est enim
gladius, archus et clipeus, quo resistimus spiritualibus inimicis.
gladius Eph. 6^o gladius spiritus, quod est verbum dei

21 cf. *ibid. c. 2 Dist. XXIII pag. 79*
c. 2 Dist. XXXVI pag. 134

22 cf. *ibid.*

scienciam scripturarum, invehit illud Ysa. quinquagesimo sexto: canes muti, non valentes latrare. 'valet', inquit, 'sciencia scripturarum ad resistendum hereticis et falsis cristianis. est enim gladius, arcus et clipeus, quo resistimus spiritualibus inimicis. gladius, Eph. sexto: 5 gladium spiritus, quod est verbum dei; arcus, Psal. centesimo vicesimo: sagitte potentis, id est prelati acute, et clipeus, Cantic. quarto: mille clipei pendent ex ea, omnis armatura forcium.

de utilitate illius scripture sacre dicit apostolus 10 secunda Thym. tercio: omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum nescientes, ad arguendum negligentes, ad corripiendum in malo persistentes et ad erudiendum penitentes.

as his office makes it imperative for him to preach it

periculose, inquit, 'carent ea prelati, quibus ex officio 15 omnia ista incumbunt'; unde non sufficit in eis vite sanctitas, nisi eciam assit sapiencie claritas, ymmo omnes sacerdotes debent habere officium predicandi, sicut patet quadragesima tercia dist. cap. primo. omnes enim debent sacra docere et tamquam milites Cristi priores arma 20 scripture sue induere; aliter enim mentirentur multociens in dicendo horas canonicas, nec potest esse eis sciencia competens, nisi fuerit ydonea ad predicatoris officium, quia aliter perinde est, quoad suspensionem illius officii, ac si nullam scienciam sacerdos haberet. nam secundum 25 iuristas nullum et inutile parificantur de translato epis- copo inter corporalia, nec est fingenda ignorancia sacer-

1 invehitur *B^a* 2 latrare *A* 3 sciencia *om.* *D.*
addidit D² in marg. scienciam 4 archus *B^a* 5 in-
 imicis correxit *A* 6 gladi, sequitur rasura *B^a, sed B¹*
in marg. addens um restituit ceterorum lectionem archus
B^aCD 7 119^o *codd.* 10 scilicet sacre *B^a* 12 ne-
 scientes *in fine correxit D* 23 predicatorum *B^a* 24 perinde
 est *AB^aD* parum deest *C* suscepctionem *B^a*
 26 ullum (?) *D*, compendium prius addere neglexit trans-
 lato episopco *B^a* transla (*sequitur locus vacuus*) epis
 (*sequitur locus vacuus*) *AD* transla (*sequitur locus*
vacuus) episopco *C*

1 v. 10 5 v. 17 7 v. 4 8 v. 4 11 v. 16
 15 haec verba in Decr. nusquam inveni; fortasse JW in
 mente habet I c. 1 Dist. XXXIII pag. 141 sqq. 19 cf. ibid.
 c. 1 Dist. XLIII pag. 153—154

fol.69b dotum vel dispensacio episcoporum plus modo quam primitus, quia, cum diabolus sit modo callidior, per-
versior et conflictus undique periculosior, miles ydoneus foret necessarior.

5 credant igitur nostri ecclesiastici, si non legi divine vel rationi, saltem legibus et suis doctoribus.

item ad pastorem in quantum huiusmodi spectat minandi, pascendi et defendendi officium, sed hoc officium spirituale nullo modo potest perfici sine sciencia scripturae sacre, igitur omnem spiritualem pastorem oportet precipue habere scientiam sacre scripture. cum enim pastor sit nomen officii, patet, quod nec deus potest facere pastorem, nisi pascat. deus enim non potest in contradiccionem. debet autem pastor spiritualis facere officium spirituale pastoris iuxta illud Jer. tertio: dabo eis pastores iuxta cor meum, et generaliter alibi in utroque testamento. patet autem, quod pascua spiritualia, per que debet minare gregem domini, sunt veritates scripture et via domini, non via, que dicit ad inferos. et per idem pastus spiritualis est cibus mentis, refecio scilicet, que stat in predicacione verbi dei, Matth. quarto: non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore dei. nam pascere corporaliter est laicale officium et per accidens pertinet episcopis, parce pascere se et pauperes, dicente Decreto tricesima quinta dist. 'ecclesie principes, qui deliciis affluent et inter epulas atque lascivias pudiciciam servare se credunt, propheticus sermo describit, quod eiciendi sunt de spaciois domibus lautisque conviviis

Without the knowledge of Holy Scripture priesthood is impossible

2 A¹ in marg. infer. fol. 69^a rubr. litt.: de utilitate scripture verbi dei, in marg. super. fol. 69^b: de pastoris predicatione 12 quod om. B^a 15 4^o codd. 21 dei om. D, addidit in marg. prima manus M^t superscripsit inter lineas B^a 26 tricesima quinta B^a 25^a (?) ACD ecce B^a, omisso compendio 27 lacrimas B^a 29 lai- cisque B^a

15 Jer. 31₅ 22 v. 4 26 C. J. C. I (Decr. I pars)
c. 4 Dist. XXXV pag. 131

*How is a true
priest to lead
his life?*

et multo labore conquisitis epulis propter malas cogitationes et opera sua. et si vis scire, quo eiciendi sunt, ewangelium lege: in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dencium. an non confusio et ignorinia est, Jesum Cristum crucifixum, pauperem, esurientem farsis predicare corporibus et ieuniorum doctrinam rubentes buccas tumenciaque ora proferre? si in loco apostolorum sumus, non solum sermonem eorem imitemur, sed conversacionem et abstinenciam¹.

unde quantum ad utensilia sacerdotis scribitur ¹⁰ dist. quadragesima prima: ‘episcopus vilem supellectilem et mensam ac victum pauperem habeat et dignitatis sue autoritatē in fide et vite meritis querat hospiciumque non longe ab ecclesia habeat’.

et quantum ad ornamenta ecclesie patet duodecime ¹⁵ quest. secunda ‘Gloria Episcopi’, quomodo debent omnia, quibus utitur episcopus, esse in forma paupere, et respondet ad obiectum de preciositate ornamenti templi in tempore Salomonis. modo autem, quando mundus est deditus desiderio seculari, preservarent se prelati a secularitate ²⁰ huiusmodi, considerantes, quod omnia illa sunt bona pauperum et elemosine secularium dominorum. et sic crescerent in spirituali officio pastoris dimissa mundana gloria et aucto officio spirituali, quia, ut ibi probat

1 conqueritis *B^a* epulis propter malas cogitationes et opera sua. et si vis scire, quo eiciendi sunt, ewangelium lege etc. *scripti editionem Friedb. secutus* epulis et si vis scire, quo eiciendi sunt, propter malas cogitationes et opera sua, ewangelium lege *cuncti codd.* 3 ubi *B^a* 4 ignomia *A* ignorancia *B^a* 6 doctrina *B^a* 7 tumencia *B^a* 10 hic in marg. cod. *A sine signo marg. invenies Roma (vel Nota) sequitur spatium quinque fere litterarum vacuum relictum, tum ced; vix legi possunt* dist. *XLI supplevi exstat lacuna in codd.* 14 hospicium *B^a* 15 22 codd. 16 episcopi om. *B^a* omnia que quibus *B^a* 19 modo *ACD* non *B^a* 24 speciali *B^a* (*spali*)

7 bucca *idem ac gena, os, vultus (germ.: Backe)* 10 C. J. C. I (Decr. I pars) c. 4 Dist. *XLI* pag. 150 15 cf. *ibid. I (Decr. II pars)* c. 71 C. XII q. 2 pag. 710 24 cf. *ibid. c. 12 Dist. XL* pag. 148, ubi eandem regulum, neglectis textus verbis, profert *Decretum auctore Chrysostomo: videte, quomodo sedeatis super cathedram, quia*

Archidiaconus per decreta: 'qui prelati opera non facit, nomen prelati in vanum tenet et canis impudicus dicens est'. et eodem modo senciendum est de defensione et suffragio || spirituali, quod stat in virtutibus et earum operibus, que omnia debent esse spiritualia opera misericordie dignitati sacerdotis correspondencia.

cum igitur omnia ista officia oportet regulari per scripturam sacram, patet, quam necessaria est eius noticia, et ideo tam signanter precipiunt decreta ecclesie, quod illa sciencia a sacerdotibus adiscatur. nam vicesima dist. 'De Quibus' precipit Decretum, quod 'primo omnium recurratur ad scripturam sacram pro dubiis decidendi'.

ideo, ut alias dixi, nulla humana sentencia est valida, nisi de quanto fundatur in illa. unde quinto Moralium cap. tricesimo septimo dicit Gregorius: 'male rectum se putat, qui regulam summe rectitudinis ignorat; et sepe lignum rectum creditur, si ad regulam non ducatur, sed si regule iungitur, per quantam rectitudinem tumescit, invenitur'. ista autem regula ex fide est lex mandatorum dei, quam primo omnium oportet cognoscere.

item tricesima septima dist. 'Legimus' et infra pro-

¹ *D² in marg.: nota* ⁴ ac *B^a* *et AC, cor-*
rexit D *A¹ in marg. infer. fol. 69^b rubris litteris: de*
vita pastoris, in marg. super. fol. 69^c contra ignoranciam cleri
6 dignati B^a compendio omisso ⁸ patet *correxit D¹*
^{15 26^o codd.}

quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram;
non locus sanctificat hominem, sed homo locum . . . ideo-
que malus sacerdos de sacerdocio suo crimen adquirit, non
dignitatem; cf. ipsa JWi verba de praelato delinquentे ibid.
c. 2 Dist. LXXXIII pag. 293: nemo in ecclesia amplius
nocet, quam qui perverse agens nomen vel ordinem sancti-
tatis et sacerdotis habet . . . episcopus itaque, qui talium cri-
mina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus
quam episcopus. eandem iuris eccles. sententiam cf. c. 27
C. II q. 7 pag. 491 (in fine capit.): nomen enim non facit
episcopum, sed vita; cf. etiam De Civ. Dom. III 494 11 C. J. C.
I (Decr. I pars) c. 3 Dist. XX pag. 66 13 alias: cf. I 39;
127; 138; 192; 405 et sic crebro ¹⁵ cf. Opp. Ser. I 75
pag. 717 ²¹ cf. C. J. C. I (Decr. I pars) c. 7 et 9 Dist.
XXVII pag. 137—138; ibid. c. 14 pag. 139: relatum nobis
est sqq.; cf. etiam ibid. c. 8 (pars II, Gratianus): seculares

All sacerdotal duties

and all human knowledge is founded in the Bible, therefore a Christian must study it

*Gospel
preaching the
principal duty
of the clergy*

*The salvation
of the Christian
comes by Holy
Scripture*

batur, quod nulla sciencia preter theologiam est studenda, nisi de quanto facilitat ad illam, que primo omnium est studenda. aliter enim periret ars ewangelizandi, que est precipua sacerdoti de ewangelio viventi et per consequens substancialie sacerdotis officium. unde cap. 'Si s Quis' dicitur, quod scientie doctrinales, licet in se contineant veritates, tamen illa sciencia non est pietas. 'sciencia', inquit, 'pietatis est, nosse legem, scripturas et intelligere prophecias, ewangelio credere, apostolos non ignorare'. si igitur scientie seculares sint postponende, quia non directe ducunt ad pietatem, que est cultus dei, quanto magis artes contenciose et lucrative, que inducent cultum seculi et faciunt theologiam contempti! sicut igitur omnis cristianus debet primo querere regnum dei et iusticiam eius, Matth. sexto, sic de necessitate salutis est, quod primo omnium discat scientiam hoc docentem. et ideo precipit canon 'De Quibusdam', quod universi episcopi et populus curam adhibeant ad fovendum studia literarum, cuius causa subiungitur, 'quia in hiis divina maxime manifestantur et declarantur mandata'. et ideo secundum Archidiaconum 'turpe lucrum foret, episcopum capere pecuniam pro licencia standi in scholis, peccaretque mortaliter et in casu comitteret symoniam'.

8 A¹ in marg. minio scripsit Sciencia pietatis legere B^aCD et om. D; C, sed inter lineas addidit aliquis 11 que est cultus dei om. CD, addidit in marg. C² (vel prima manus) et D¹ 17 canon ACD capitulum B⁴ 23 licencia (?) CD

literas quidam legunt ad voluptatem . . . , quidam ad eruditionem eas addiscunt, ut errores gentilium legendo detestentur et utilia, que in eis invenerint, ad usum sacrae eruditionis devola invertant. tales laudabiliter seculares literas addiscunt 5 cf. ibid. c. X Dist. XXXVII pag. 138 15 v. 33 17 cf. ibidem I c. 12 Dist. XXXVII pag. 139 21 verba ipsa Archid. commemorata in textu nusquam inveni in C. J. C.; fortasse respicit JW ad c. 8 C. I q. 1 pag. 356 aut ad Decretal. Greg. IX lib. V tit. III De Simonia c. 1; 8; 9; 14; 34; 36 pag. 749 sqq.; ibid. tit. V c. 1 De Magist. pag. 768

ego autem credo, quod tantum peccatum foret fovere discolum extra suum beneficium ut luxuriantem, iactantem et litigiosis cautelis ecclesiam perturbantem et omnino quemcunque, qui in theologia nec actualiter nec disputatione profecerit. cum enim scriptura sacra debet exponi ad sensum verum et non falsum nec secundum propriam fantasiam, ut patet capitulo 'Relatum Est', necesse est, aliquos studere sciencias, que ad intellectum scripture proficiunt.

10 item secundum Archidiaconum in principio dist.
tricesime octave ibi probatur primo per decem autoritates,
fol. 69d quod omnes sacerdotes debent || esse instructi in lege
divina. — prima est illud prima Thym. quarto, ubi
apostolus dat legem episcopo et in eo cuiilibet sacerdoti,
25 ut attendat lectioni scripturam sacram discendo,
secundo exortacioni peccata ecclesie contraria
removendo, tercio doctrine virtutes secundum viam
Cristi inserendo, quarto perseverancie, dum dicitur
semper: permane in hiis. et notat Archidiaconus,

*That the priest
should of
necessity study
it is proved
by the doctors
and laws of
the old Church*

3 litigiosis in fine correxit *B^a*, sequitur cantor, quod
legi nequit, sed *B^b* in margine locum corruptum sanavit
addens litigiosis cautelis 12 *A¹* in marg. infer. fol. 69c
minavit nota pro conservatione studiorum 13 exhorta-
tionem *B^a* 19 permanere *B^a* inane *C* et notat *AB^a*
ut notat *D* ut dicit *C*, sed expunxit et inter lineas et
in marg. notat add. *C²*

2 discolus homo morosus, acerbus est (*διγχολος*) 7 C. J. C.
I (Decr. I pars) c. 14 Dist. XXXVII pag. 139—140:
ideo diligenter observandum est, ut lex dei, cum legitur
non secundum propriam ingenii intelligentiam, legatur
vel doceatur . . . oportet ab eo scientiam discere scri-
pturarum, qui eam a maioribus secundum veritatem sibi
traditam servat, ut et ipse possit eam, quam recte suscepit,
competenter asserere. cum enim ex divinis scripturis inte-
gram quis et firmam regulam veritatis suscepit, absurdum
non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi ac
liberalibus studiis . . . ad assertionem veri dogmatis con-
ferat, ita tamen, ut vera dicterit, falsa et simulata de-
clinet 11 C. J. C. I (Decr. I pars) c. 1 Dist. XXXVIII
pag. 141 13 v. 13 19 cf. ibidem pag. 141: sciant
ergo sacerdotes scripturas sacras et canones et omne genus
eorum in predicatione et doctrina consistat atque edificant
cunctos tam fidei scientia quam operum disciplina

quomodo scriptura sacra et canones distingwuntur, tum quia tempore apostoli et diu post non erant hii canones, tum eciam, quia Decretum sic concludit: 'sciant igitur sacerdotes scripturas sacras et canones'.

secunda racio Decreti est, quod sacerdotes in ordinatione sua accipiunt librum in signum officii predicandi, ut patet vicesima tercia dist. 'Lector' et sexta decima quest. prima 'Adicimus'. cum igitur sacerdos non accipit signum sophisticum et inane, videtur, quod habet ex officio predicare.

*Not knowing
Holy Scripture
is intolerable
in laymen and
makes the
priest a traitor
to God*

tertia racio Decreti sic scribitur: 'si in laicis intollerabilis sit inscienza legis dei, multo magis in hiis, qui presunt', sicut debent omnes sacerdotes quoad dignitatem ordinis. ex quo videtur michi sequi corellarie, quod episcopus negligenter accipiens sacerdotem ignarum et inhabilem ad capitanee ducendum populum in exercitu cristiano est dei proditor et per consequens maledictus. sic enim foret de capitaneo regis terreni, et Jer. quadragesimo octavo scribitur: maledictus homo, qui facit opus domini fraudulenter, eleccio autem militum capitaneorum in exercitu dei contra diabolum est opus dei precipuum.

quarta racio sic formatur: nulli sacerdotum licet canones ignorare; sed plus est necessarium sacerdoti, noscere scripturam sacram, igitur nulli sacerdoti licet ignorare illam. minor patet ex hoc, quod ante condiciones canonum fuit necessaria scripture sacre cognitio, nec postquam canones sunt conditi, manet fidelis sine scripture noticia. penitencie enim sunt arbitrarie, cum nemo preter Cristum cognoscit perfecte peccati gravidinem, ut dicit Augustinus in De Natura Boni quarto.

12 iusticia (?) *B^a*
fidelis *om. B^a*

24 plus *om. B^a*

28 manet

5 cf. *ibid. c. 2 pag. 141*: quando presbiteri in parrochii ordinantur, libellum officiale a sacerdote suo accipient, ut ad ecclesias sibi deputatas instructi succendant sqq. 7 cf. *ibid. c. 18 Dist. XXIII pag. 84 sqq.* cf. *ibid. I (Decr. II pars) c. 19 C. XVI q. 1 pag. 765* 11 *C. J. C. I (Decr. I pars) c. 3 Dist. XXXVIII pag. 141* 18 v. 10 31 cf. *Opp. tom. X 609—610 (res, non verba)*

nec valet fingere dispensacionem episcopi, ne noscatur scriptura sacra, quia, ut tenet Archidiaconus, episcopi non possunt dispensare, nisi ut eis a iure permittitur. oportet enim, quod subsit racio dispensandi, et per consequens quens oportet, deum primitus dispensare, sed non est racio, ymmo prodicio, tradere ecclesiam inimico crucis Christi, qui sit dux exercitus diaboli. unde sexagesima prima dist.: 'statuimus, ne in aliquo apostolica et canonica decreta violentur et hiis regenda ecclesia domini cre-
10 datur, qui legitimarum institutionum nescii et tocius fol. 70a humilitatis || ignari non ab infimis sumere incrementum, sed a summis volunt habere principium, cum valde iniquum sit absurdumque, ut imperiti magistris, novi antiquis, rudes preferantur emeritis'. quomodo, inquit
15 Archidiaconus, crederet populus vel servaret canones aut monita sacerdotum, cum videat prelatos et sacerdotes proprias leges contempnere?

quinta racio sic formatur: generaliter datur sacerdotibus tempus discendi librum sacramentorum, missale,
. 20 antefonarium, psalterium; compotum, canones penitenciales et omelias per totum annum in tantum quod, si unum defuerit, vix sacerdotis nomen constabit. cum igitur sufficiens noticia ewangeliorum sit maxime necessaria ad officium predicandi, patet, quod hoc omnino

Holy Scripture renders superfluous the Missale, Antiphonary, Psalterium and other Church books,

8 aliqua D 11 A in infima marg. notam memoriam adscripsit hanc: ignari non ab infimis. postmodum erasit aliquis, ut vix legi queat A¹ in marg. super. fol. 70a rubris litt.: Contra ignoranciam cleri sumere indistincte scripsit C, iteravit in margine C² summere A 21 annum om. A, in marg. addidit aliquis

2 cf. C. J. C. I Dist. XII (pars I Grat.): *quod absque discretione iustitiae nulli agere licet sqq.; ibid. Dist. XIII: adversus naturale ius nulla dispensatio admittitur sqq.*; cf. Vernig, Lehrb. d. röm. Kirch.-R., Freiburg 1893, S. 526: *die niederen Kirchenoberen können kein allgemeines Kirchen gesetz erlassen und deshalb an und für sich nicht dispen sieren. Sie können es nur für solche Fälle, für welche ihnen das gemeine Recht eine solche Befugnis zugestehet, vgl. Verzeichnis der bischöf. Fälle nach dem kanonischen Rechtsbuche bei Gilbert, Corp. Jur. tom. II 103 sqq.* 7 C. J. C. I (Decr. I pars) c. 8 Dist. LXI pag. 230

est necessarium sacerdoti. valde periculose sunt ewangelice mine, dicit canon, de quibus Matth. quinto decimo dicitur: cecus si ceco ducatum prestet, ambo in foveam cadunt, quomodo igitur erit presbiter, id est pre aliis prebens iter, qui vel est cecus ignorancia vel negligens desidia, ut alios doceat viam dei? ad hoc enim ordinavit ecclesia ista legi et sacerdotem ipsa cognoscere, ut doceat ea populum. unde Archidiaconus notat, quod omelia dicitur ab 'omos', quod est 'os' vel 'verbum' et 'laos' 'populus', quasi verbum dicendum populo. quomodo igitur tam negligenter ordinaciones tam utiles

for the laws of Christ and of the primitive Church surpass the authority of modern laws

ecclesie sunt everse, quia certum est, quod ordinaciones Cristi et primitive ecclesie sunt meliores quam ordinacio modernorum!

sexta racio tangitur superius in hoc, quod aliter sacerdos malediceret sibi ipsi, dicendo illud Psal. centesimi undevicesimi: maledicti, qui declinant a mandatis tuis. non enim scrutamur testimonia eius, qui postposita lege sua adiscit exteras.

septima racio: placuit superioribus ecclesie ordinare, quod quicunque ordinandi ad sacros ordines audiant decreta consiliorum suis auribus inculcanda, ne faciant quidquam contra statuta consilii. cum igitur ordinacio de cavenda ignorancia sacerdotis sit unum decretum precipuum, videtur, cum modo sit eque racionabile sicut olim, quod modo debet cum tanta diligencia observari. crescente nempe ampliori tenebra ignorancie in ecclesia, necesse est, ut plus luceat lux fidei sacerdotum.

2 mine iteravit *B¹* in marg., vix legi potest 4 pres-
biter (*sequitur rasura*) p (*sequitur rasura*) aliis *B^a*, in
marg. *B¹* locum sanavit additis id est pre, quae vix legi
possunt 6 aut *ACD* ut *B^a* aliis *D* 8 eam *D*
10 loo *A* 18 eius om. *D*, addidit in marg. prima
manus 19 adiscit *scripti*, addiscunt *codd.* 28 fidei
scripsit in loco raso *D*

2 C. J. C. I (Decr. I pars) c. 15 (V pars) Dist. XXXVII
pag. 140 2 v. 14 8 sedula lectione primam partem
Decreti (I pag. 1—314) percurri nec verba textus usquam
inveni; sed cf. ibid. pag. 91 16 v. 21; cf. v. 118

No night or
darkness may
extinguish the
light of Bible
teaching

octava racio: sicut stellas celi non extingwit nox, sic mentes fidelium inherentes firmamento sacre scripture non obscurat mundana iniquitas, sed tale firmamentum debet omnis cristianus summe attendere, igitur et adhesionem scripture. et hoc docet omelia notatum fuisse per illud Luc. quinto: cum turbe irruerent ad Jesum, ut audirent verbum illius, ipse stabat secus stagnum Genazareth et vidit duas naves stantes secus stagnum, pescatores autem descenderant, ut layarent recia. ascendens autem in unam navim, que erat Symonis, rogavit eum, ut a fol. 70^b terra reduceret pusillum et sedens || docebat de navicula turbas. stagnum, in quo orimus in principio vite nostre, signat turbacionem seculi, turbe vero signant concussum populi ad audiendum doctrinam Cristi, due naves signant iudaicum populum et gentilem, salvatos in fide scripture. prius autem ascendit in ecclesiam Judeorum, cum missus erat ad oves, que perierant, domus Israel, et fecit eos deserendo mun- danum suffragium in ipso confidere, quia Joh. sexto decimo scribitur: in mundo pressuram habebitis, sed confidite in me, quia ego vici mundum. Cristus autem docebat cristianos de ecclesia Judeorum doctrinam in mobilem et docuit discipulos, qui locione preparaverant recia ad piscandum, quomodo debuerunt piscari spiritu-aliter predicando. nec dubium fidelis, quod mundi huius cursus numquam pacifice dirigetur, antequam ecclesia ad ordinem, quem Cristus instituit, sit reducta.

nona racio sic formatur: ex testimonio Pauli prima ad Cor. primo: Cristus est dei virtus et dei sapiencia, quod nullus cristianus potest efficaciter

7 secus ACD	iuxta B ^a	8 genazareth et vidit
duas naves stantes secus stagnum	om. A, addidit cum signo	marg. in marg. inferiore A ¹
corr. D	9 discenderant B ^a , in fine	11 qui B ^a ad terram cuncti codd.
24 lacione (?) A	autem (alterum) om. B ^a	22 quia
27 antequam ACD	ante B ^a	ego ACD
stans sibi instituit B ^a CD	30 ad inter lineas additum in A	28 cri-

cognoscere, nisi ex sciencia scripturarum, igitur omnis cristianus tenetur scripturas cognoscere. ignorare namque scripturas est ignorare Cristum, cum Cristus sit scriptura, quam debemus cognoscere, et fides, quam debemus credere.

Not to be acquainted with the Bible means to despise Christ

5 decima racio sic formatur: qui ea, que dei sunt, sciunt, a domino sapiuntur, et qui ea, que dei sunt, nesciunt, a domino ignorantur. sed sicut primum est maxime desiderabile, sic secundum est maxime fugibile, quod nusquam plene ostenditur nisi in scriptura sacra, 10 igitur ipsa potissime est studenda. quid, queso, plus appetibile quam habere vitam eternam, que stat in sapida noticia trinitatis, ut patet Joh. septimo decimo: *hec est vita eterna etc?* aut quid est magis terrible quam exprobracio iudicis in finali iudicio? amen dico vobis, 15 nescio vos, suple, per approbacionem tamquam oves meas, sed tamquam edos diaboli. ad quem sensum dicit apostolus prima Cor. quarto decimo, quod ignorans ignorabitur. quamvis enim servus sciens voluntatem dei et non faciens plagis vapulabit multis, ut patet Luc. 20 duodecimo, tamen qui debet scire sibi necessarium ad salutem, cuius ignoranciam affectat, ut non perficiat, ex causa triplici est dampnandus. unde Augustinus in De Verbis Domini, sermone centesimo quadragesimo sexto exponens illud Joh. ultimo: *Petre, amas me?* probat, quod oportet 25 pastorem scripturam noscere et docere et sciens excusacionem multorum ex ignorancia tradicionibus hominum intendendum: '*observate vos*', inquit, '*nolite imitari malos cristianos dicentes: faciamus hoc, quia multi fideles hoc faciunt;*

6 qui ea *AB^aD* quique ea *C* qui dei sunt *B^a*
 10 plene *om. A, add. in marg.* 13 hoc *A* 17 edos *D,*
correxit in loco raso A hedos *C* odos *B^a* 18 1^a
om. A 24 LXI^o codd. 25 ioh. *AB^aD* ad ro-
diligis me B^a 27 tradicionibus *ACD* sic tra-
dicionum B^a

13 v. 3 18 v. 38 20 vapulare = *vapulari, idem ac pulsari, verberari vel percuti* 24 cf. *Opp. tom. VII 701*
 25 v. 15 sqq.

hoc¹, inquit, ‘est defensionem parare anime, sed comites ad iehennam inquirere’. nam lata est via, que ducit ad iehennam, et multi transeunt per eam. et post notat, quomodo Cristus dicit: pasce non agnos tuos, sed meos, quod non fit nisi pabulo legis mee. unde sponsus Cant. primo alloquitur || ecclesiam in hiis verbis: nisi cognoveris temet ipsam pulchram inter mulieres, exi tu, tamquam diceret: non ego te eicio, exi tu, nisi cognoveris te in speculo scripture dico vine. hoc speculum falso te nitore non fallit, dum de te loquitur super omnem terram gloria tua, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terre et alia innumerabilia testimonia, que catholicam comendant ecclesiam. igitur nisi te cognoveris in scriptura, partem non habes in regno, unde non restat, nisi ut ex eas de unitate ecclesie propter ignoranciam scripture, cum dicatur: si ignoras te, o pulchra inter mulieres, egredere et abi post vestigia gregum et pasce edos tuos. non dicit: agnos meos, sed: edos tuos, quos 20 Cristus Matth. vicesimo quarto statuet a sinistris. et iste erit indubie pastus pene extra thabernaculum triumphantis ecclesie in inferno, ubi omnes pastores pascunt pane doloris perpetuo, qui non pascunt hic virtutibus conformiter ad scripturam.

25 ista decem argumenta in canone darent fidem eciam infideli, quod omnes sacerdotes Christi debent studere precipue legem suam. quis enim non haberet decretistas suspectos non parendo eis, quidquid dixerint aut preceperint autoritate legis sue, dum eos viderint executi 30 ad ungwem partem legis sue sonantem ad fastum et questum

*and to exclude
oneself from
the kingdom
of God*

*The Church
laws, as well
as the old
fathers, make
the study of
the Bible
indispensable
to the clergy,*

1 hoc, inquit, est diffencionem parare anime, sed *A* hoc est, inquit, anime (*anime correxit et in marg. iteravit B¹*) dissensionem parare, sed *B^a* hoc, inquit, est defencionem parare anime, sed *C*, qui post inquit *inter lineas addidit* non *hoc*, inquit, est dissensionem parare anime, sed *D* defencionem *scripti cum Maurinis* 2 et 3 gehennam *C* 5 mee *B^aCD* me *A* 7 cognoveris *B^a* 10 de *om. A, add. in marg.* 13 testimonia *om. D, add. in marg. D¹* 15 unde *B^aCD* ut *A* 27 qui *A* 28 parem de eis *B^a* 30 questum et fastum *B^aCD*

2 cf. Matth. 7, 13

6 v. 8

17 cf. Cant. I, 7

seculi, aliam autem partem sonantem ad religionem et observanciam legis Cristi postponere in se et aliis, licet in scriptura sacra, in sanctis doctoribus et modernioribus doctoribus cum ratione invincibili sit fundata.

*therefore every
priest is bound
to preach it to
his people*

item quilibet curatus tenetur aliquod ministerium sibi subiectis rependere pro corporali elemosina, quam recipit ab eisdem, sed nullum, si non pastum anime verbo dei, igitur conclusio. maior patet ex hoc, quod sacerdos, rector, curatus et similia est quocunque eorum nomen officii, ideo oportet preter nudam personalitatem dare formam superadditam, a qua sit huiusmodi, nec valet nuda eleccio, deputacio prepositi vel acceptacio populi, quia stat, quod tam prepositus quam populus acceptet omnino ineptum et membrum diaboli in rectorem, ymmo sutorem, bestiam vel ydolum posset populus illusus acceptare tamquam spiritualem prepositum, nec consistit nomen istius officii in congregacione pecunie, que vocatur fructus ecclesie, quia sic laici illiteratissimi possent esse rectores et prepositi ecclesie iam dotate. prepositura igitur stat in eodem, in quo stetit ante ecclesie dotacionem, nec consistit in nudo ordine, quia quoad illud omnes sacerdotes sunt pares, et tamen non omnes sacerdotes sunt prepositi vel curati. ideo manifestum est, quod oportet rimari propriam rationem prepositi preter dictam. nec inveniet homo competentem rationem pastoris vel prepositi, nisi ut olim locuti sunt scriptura sacra et lex universalis ecclesie. non enim nudum nomen in populo constituit presbiterum in tali officio nec nuda oracio vel alia species merendi, quia quoad illud stat, laicum vel feminam non curatum excedere rectorem. ideo oportet dare formam propriam preter dictas.

unde quantum ad rationem pastoris captam || in scriptura sacra patet ex utroque testamento, quod con-

¹ ad om. A, add. in marg. ⁴ invincibili om. B^a

² sit radendo corr. A ⁵ A¹ in marg. super. notavit

probatur, quod pastor tenetur predicare verbum dei suo populo

¹² accepcio CD ¹⁷ illeteratissimi B^a ²⁴ oportet int. lin.

^{superscriptum in A} ²⁵ preter dictam AB^a predictam CD

²⁴ rimari significat perquirere, scrutari

sistit in pastu legis scripture. nam cum oportet intelligere pastorem spiritualiter, manifestum est, quod oportet intelligere pastum spirituale, minacionem spiritualem et cetera pastorum officia. correspondenter loquitur scriptura Jer. tertio: dabo vobis pastores iuxta cor meum et pascent vos sciencia et doctrina, et Ezech. tricesimo quarto describit propheta ex ore domini pastoris officium, et quomodo suscitabit servum suum David, scilicet Cristum, qui facit verum pastoris officium. unde ad docendum nos istam artem ad sensum mysticum legimus de officio pastoris ad literam, ut patet Gen. tricesimo de Jacob et Gen. quadragesimo septimo de duodecim patriarchis. unde et omnes pastores veteris testamenti figurarunt pastorem summum Joh. decimo dicentem: ego sum pastor bonus, quem quicunque secutus non fuerit pascendo spiritualiter populum secundum religionem suam indubie non est pastor.

primum enim in genere pastorum oportet esse metrum et mensuram omnium aliorum. et ad hoc idem sonat novum testamentum, ut Joh. ultimo sub pena perditionis amoris Christi triplici vice precipitur, ut Petrus et imitacione sui omnes pastores posteri pascant spiritualiter oves Christi. unde prima Petri quinto precipit Petrus suis subditis inferioribus prepositis: pascite, inquit, qui in vobis est, gregem domini, et subditur premium in ministerio illo depositum, ut, cum venerit princeps pastorum, accipiatis inmar-

Gospel preaching, not the name or the stipend of a clergyman makes the priest,

In this respect also Christ, the spiritual pastor of Churchmen, is to be his prototype

6 doctrina et sciencia C; D, qui lineis superscriptis lectionem codd. AB^a restitui voluit 8 et quomodo officium om. C, addidit in marg. C² vel prima manus 9 faciet B^a pastorum B^a, si recte solvo breviaturam in fine voculae
11 A¹ in marg. rubris litt.: pastor 12 tricesimo emendavi ex XXIII^o codd. cunct. 14 figurarent B^a . 16 A in margine octo signa marginalia hac forma (;) effecta adscripsit ad singulas lineas 18 genere correxit D genera B^a 25 inquit om. AB^aD, add. in marg. A
26 primum (?) premium) A ut om. CD, additum in utroque inter lineas

5 v. 15	7 v. 2 sqq.	8 v. 34	12 v. 29 sqq.;
Gen. 31 ¹⁷ sqq.	v. 3 sqq.	14 v. 12 sqq.	20 21 ¹⁵ sqq.
23 v. 2 sqq.	27 cf. I. Pe. 54		

cescibilem eterne glorie coronam. — et idem docuerunt cuncti apostoli in effectu. nec mirum cum affec-
cio, quam Cristus habuit ad salutem animarum, fuit pre-
cipua causa incarnationis, passionis et tocius sue conver-
sacionis in terris. ideo mirum fuisset, nisi precise intendisset
in suis lucrum animarum et artem illam, que solum est
per doctrinam sacre scripture, strictissime precepisset.
et hinc Matth. vicesimo quinto narrat, quomodo beatifi-
cabit pro complectione operum misericordie et con-
demnabit pro eorum privacione. et indubie precipua
opera misericordie sunt opera spiritualia, a quibus licet
nemo possit esse excusatus pro via, tamen curatis ut
huiusmodi competit ista autonomice. opera enim corporalia
misericordie plus competit laicis quam curatis,
quod Petrus docuit Act. tercio: argentum et aurum
non est michi, quod autem habeo, hoc tibi do.

*His promises
and His in-
junctions
demand of the
priest to provide
his people with
such spiritual
pasture*

et sic Christi precepio mercedis, copiosa premiatio,
legum ecclesie iniunctione et inobedientium terrifica commi-
nacio artarent prepositos ad hoc opus.

de duabus primis patet ex hic dictis, et de tercio
patet tam ex dictis quam dicendis. unde vicesima quinta
quest. prima 'Divinis Preceptis' Leo papa sic loquitur:
admonente divine vocis imperio, quo beatissimus
apostolus Petrus trina repetitione mysticis sanczionibus
imbuitur, ut Christi oves, qui Christum diligit, pascat, et
ipsius sedis, cui per habundanciam divine gracie pre-
sumus, reverencia coartamur, ut periculum desidie, quan-
tum possumus, || declinemus, ne professio summi apostoli,
qua se amatorem dei testatus est, non inveniatur in
nobis, quia, quociens quis negligenter pascit dominicum

4 precipe *B^a* 7 fructissime recepisset *B^a* 9 dem-
pnabit *A*, sed con *inter lin. addidit* 12 esse *om. B^a*
14 quam *om. B^a* 17 *A¹* in *marg. infer. cum signo*
marginali rubr. litt.: Induccio ad predicandum capiosa *B^aC*
21 tam *om. A* 23 ambovente *B^aCD* 24 mysticis *ACD*
miserantis *B^a*, *C²* in *marg.* 25 sanczionibus *A*, *D²* in
marg. 27 reverencia scripsi cum Friedb. revera codd.

8 v. 34 sqq. 15 v. 6 21 cf. C. J. C. I (Decr. II pars)
c. 2 C. XXV q. 1 pag. 1007 24 Joh. 21, 15 sqq.

gregem sibi comendatum, tociens convincitur summum non amare pastorem'. — ecce, quomodo pastor negligens ex defectu caritatis peccat mortaliter et indubie incurrit excomunicacionem, cum Deut. vicesimo septimo dicitur:

5 malédictus, qui non permanet in sermonibus legis huius nec eos opere perficit, et dicet omnis populus amen. illi autem sermones sunt istis magis autentici et striccius iniuncti. unde et Psal. centesimo decimo nono: maledicti, qui declinant
10 a mandatis tuis, et Jer. quadragesimo octavo: maledictus, qui facit opus dei fraudulenter. unde non solum mine scripture, sed mine legum ecclesie deterrent nos ab ista desidia, nam vicesima quinta quest. prima sub autoritate Damasi pape sic scribitur:

15 'violatores sacrorum canonum voluntarie a sanctis patribus graviter iudicantur et a sancto spiritu, instinctu cuius ac dono dei dicta sunt, dampnatur, quoniam blasphemare in spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sacros canones non necessitate compulsi, sed
20 libenter, ut premissum est, aliquid aut proterve agunt, aut loqui presumunt aut facere volentibus sponte consciunt. talis enim presumpcio est manifeste unum genus blasphemancium in spiritum sanctum, quoniam, ut prelibatum est, contra eum agit, cuius nutu et gracia
25 sancti canones editi sunt'. non licet autem fidei ambigere, quin maior foret blasfemia pervertere legem scripture, quam derogare privilegiis a Christo impositis. ideo dicitur infra eodem capitulo 'Omne, Quod' dicit papa, 'quod solum irrehrensibile catholica defendit ecclesia
30 et omne, quod est contra ewangelicam, propheticam vel apostolicam doctrinam, non stabit', neque factum contra constitutionem sanctorum patrum.

*He who
neglects it
runs the risk
of excommuni-
cation*

8 et D, in rasura A	vel B ^a C	9 118 ^o codd.
10 tuis om. B ^a	13 terrent B ^a CD	17 dicta, quod
vix legi potest, in marg. B ^a , in textu locus rasus est		quoniam correxit D
26 melior B ^a	23 blasphemum B ^a	24 est om. B ^a

4 v. 26	9 v. 21; cf. v. 118	10 v. 10	13 cf.
C. J. C. I (Decr. II pars) c. 2 C. xxv q. 1 pag. 1008		ibid. pag. 1009	28 cf.

*But the enemies
of Holy
Scripture scoff
at gospel
preaching,*

cum igitur tam lex Cristi quam medulla legum eccliesie precipit, quod illud curatorum officium observetur, manifeste patet, quod voluntarie impediens istud officium incurrit magnam blasphemiam, cuiusmodi sunt scripture sacre impugnatores et sive seculares sive prelati personarum inhabilium promotores et omnino capientes istud officium et post eius acceptionem negligentes vel desides.

*while even
the pope is
subject to the
standard of
Bible teaching*

unde pro primo dicitur Ysa. quinto: abiecerunt legem domini exercitum et eloquim sancti Israel blasfemarunt. et patet de racione blasfemie, et hec racio, quare vocavi superius adversarios scripture sacre hereticos et blasfemos. unde eadem questione dicit Urbanus papa, quod 'romanus pontifex non potest contra scripturam sacram legem condere, sed debet eam usque ad animam et sangwinem confirmare'. et ideo infra dicit alius papa, quod 'prima salus est recte fidei regulam custodire et consequenter a constitutionibus patrum nullatenus deviare', et infra dicit papa Pelagius, quod 'leges professionis sue precipiunt, ut sint subditi scripture sacre'.

ex quibus colligitur, quod quecunque pena vel execratio canonum violatori imponitur, per locum a maiori debet imponi violatori, scripture sacre scilicet. et eadem questione Adrianus papa sic loquitur: 'generali decreto statuimus, || ut execrandus anathema fiat et velut pre-^{fol. 71b} varicator fidei catholice semper apud deum reus existat, quicunque regum seu episcoporum vel potentum deinceps romanorum pontificum decretorum censuram in quoquam crediderit vel permiserit violandam'. unde tam arte fuit hoc olim servatum, quod Damasus papa sic scribit cuidam

1 tam *om. A* 2 curatoris *B^a* 3 et 6 illud *B^aC*
 12 questione *AB^a* quasi *C* q. (*i. e. quasi*) *D* 17 con-
 stitutis primum nullatenus *B^a* 23 scilicet *B^a* sed *ACD*
 et *om. B^a* 25 *A¹* in marg. infer. rubris litt.: contra
 illos, qui impediunt verbum dei

1 medulla = *mica, uncia* 8 v. 24 11 cf. *supra*
 pag. I 175; 46; 183 13 cf. C. J. C. I c. 6 C. xxv q. I pag. 1008
 16 cf. *ibid. c. 9* pag. 1009 *Hormisda, papa* (514—523)
 18 cf. *ibid. c. 10* pag. 1009 23 cf. *ibid. c. 11* pag. 1009
 20 cf. *ibid. c. 12* pag. 1010 30 *Damasus I, papa* 366—384

archiepiscopo: 'omnia predecessorum nostrorum constituta, que de ecclesiasticis et canonum sunt promulgata disciplinis, ita ab omnibus episcopis et sacerdotibus generaliter custodiri mandamus, ut, si qui in illa commiserint, veniam sibi honoris deinceps noverint denegari'. et rationabilitas huius dicti patet in hoc, quod non fama, sed dignum opus officii dat clero verum nomen.

hic autem sunt tres luciferine protervie. prima dicit, *Papal statutes favour the priests at the cost of laymen* quod tales leges intelliguntur de canonibus romani 10 pontificis, qui sonant ad lucrum ecclesie contra laicos, non autem de statutis contra clericos, que de rigore iuris per modum consilii statuuntur. sed quid posset cogitari improbabilius vel a populo plus suspectum, quam quod sacri canones ex scriptura sacra eliciti, plus 15 ad honorem, ad lucrum et salutem ecclesie spiritualem statuti, sint in autoritate postpositi, in doctrinacione neglecti et in execucione pretermitti, sed statuta pharizaica sint solemnizata et strictissime executæ? revera nichil plus minaretur ruinam cleri, ut exemplatum est de 20 pharizeis, qui tradiciones suas lucrativas preponderaverant legi dei, ut patet Matth. quinto decimo: quis, inquam, non haberet tam personam quam legem talis cleri suspectam, cum partem legis meliorem, spiritualiorem et bono ecclesie utiliorem abicit et aliam partem sonantem 25 in avariciam anteponit?

secunda ficticia dicit, quod non oportet curatum in *Every clergyman is personally bound to preach,* persona propria predicare, sed satis est, quod pro suo stipendio habeat, quociens libuerit, quantumcunque subtilater predicanter. si, inquam, ista vesania habet 30 locum, cum secundum apostolum prima Cor. tertio unusquisque propriam mercedem accipiet iuxta

3 disciplinis correxit in fine D 6 ius dic *utrumque macula oblītum A* 16 sunt *B^aC*
po in rasura B^a, sed B¹ addito post locum sanavit
 23 cum *ACD* 24 partem
sive B^a 29 *A¹ in*
marg. rubris litteris scripsit pastor per se tenetur predicare
 30 *1^a om. A*

laborem suum, quomodo non posset talis respondere per procuratorem in die iudicii, quantumcunque negligens fuerit in se ipso, cum proporcionaliter ut labor ad laborem sit merces ad mercedem. unde in ista vesania aliqui in tantum desipiunt, quod credunt ementibus totam penam, quam subirent post mortem, sic, quod in persona propria non pacientur, quantumcunque deliquerint.

*for he, who has
the priestly
office, is respon-
sible for the
discharge of its
duties*

*If laymen,
children and
stupid folks are
charged with
sacerdotal
functions,*

*nothing is left
for the priest to
do*

item cum pastor cum ei similibus sit nomen officii, videtur, quod exercens istud officium sit pastor et alius extravagans lupus predam temporalium rapiens et non ¹⁰ pastor. si, inquam, procurator vel vicarius sufficit sine ratione pastoris in principaliter prelato, quomodo non superfluit ille in Cristi familia, aut quomodo non posset infans, laicus, femina et omnino amens et indispositus, dum est huiusmodi, esse pastor? nam stat, ¹⁵ quod unus ydoneus supplet vicem suam, sed racio et natura declinant istam vesaniam, cum in corporali exercitu non licet ineptum preponere in capitaneum, multo magis || in spirituali exercitu contra tres hostes callidissime ^{fol. 71c} in animam irruentes. ²⁰

item cum curatus sufficit procurare tantum bonum predicacionis suis ovibus, quero, quid ipse facit interim vel omnino ociatur, quod est dampnabile, vel est ineptus ad predicandum, sed occupatur circa inferius opus vie meritorium. et tunc est ineptus prefici in pastorem, cum ²⁵ illud sit primum et precipuum opus pertinens pastori in quantum huiusmodi, vel tertio occupatur circa opus magis necessarium sancte ecclesie. et tunc indubie ex vi communionis sanctorum utilius predicit ovibus quam corporaliter assistendo, et tunc caritas requirit, quod de ³⁰ impensis ecclesie habeat adiutorium. omnes enim sacerdotes debent esse secundum apostolum dei ad-

² per ACD pro B^a ³ cum proporcionaliter B^a,
rasura inter cum et proporcionaliter C ⁵ in om. B^a ⁹ illud B^aC ¹³ aut
 proporcionaliter AD ¹⁷ declamat B^a ²² fecit B^a ²³ ociatus B^a ²⁴ predica-
non superscripsit intra lin. A ¹⁴ et ACD vel B^a
tum B^a ²⁷ occupatus B^a ²⁸ magis om. B^a
necessarius B^a ³⁰ inquirit B^a ³¹ adiutorium B^aCD

³² cf. I. Cor. 39; II. Cor. 6.

iutores. nam cum in familia domus domini non licet esse superfluum aliquid aut inordinatum, oportet, quodlibet membrum ecclesie esse sciolum et diligens in suo ministerio. aliter enim confunderetur policia humana.
5 multo magis sponsus ecclesie requirit, quod sua familia indefectibiliter ordinetur.

tercia autem ficticia dicit, quod iam non oportet predicare, cum fides cristiana satis ample distenditur, cum quelibet vetula scit satis simbolum et oracionem
10 dominicam, et hoc sufficit ad salutem. unde, ut inquit, theologi communiter sunt heretici, ideo prudencia est sapere ad sobrietatem et ad maiorem utilitatem ecclesie intendere praxi mundi.

hic dicitur, quod necesse est predicare usque ad
15 finem mundi, et de quanto plus invalescit peccatum, de
tanto est necessarius predicare, cum certum sit, non
esse quenquam possibile peccare nisi propter defectum
fidei. nam si quis peccat, deficit a credendo in deum,
et sic deficit in primo articulo fidei. nam cum credere
20 in deum sit credendo ipsum sibi adherere firmiter per
amorem, patet, quod, de quanto quis peccat, de tanto
deficit ab adhesione deo debita. confirmatur: si quis tam
actu quam habitu plene crederet bonitatem et retribu-
cionem dei et fallaciam mundi carnis atque diaboli,
25 quomodo consentiret peccato? revera cum omnis sic
peccans mala eleccione peccat, qua appareat, sibi bonum,
quod elit, esse sibi utilius quam bonum debitum, quod
dimittit, manifestum est, quod deficit a fide. ideo dicit

*To know the
Credo and the
Lord's Prayer
does not make
up for Gospel
preaching*

*Evangelical
preaching alone
stops the growth
of sin*

1 fami, quae sequebantur erasa, inter lineas superscri-
psit lia B^a 3 diligens ACD indulgens B^a
7 A² in marg. miniatum tercia ficticia 8 defundatur in
correctura B^a, in marg. B¹ addidit d et alia, quae legi non
possunt 13 proxii in correctura B^a 16 necessari-
rius AB^aCD (pro 'magis necessarium') 18 A¹ in marg.:
credere in deum (atramento), quid est cum ipsum consequentibus
(minio) scripsit 22 ab adhesione ACD abhesione B^a
27 esse sibi AC sibi esse B^a; D, sed lineis superscriptis
mutata in esse sibi

3 sciolum diminut. a 'sciuc', qui aliquantum scit vel se
scire praedicat, quae revera ignorat (saputello); in bonam
partem idem ac sciens aut peritus

Aristoteles, quod omnis malus est ignorans. si enim efficaciter crederem, quod omnis virtus michi possibilis foret michi utilior quam omnia temporalia, que possem acquirere, quomodo superarer a temptatione seculi? si insuper perfecte crederem, quod omnes voluptates carnales non sunt nisi ut delectacio instantanea et ymaginaria somniata in comparacione ad beatitudinem condicioneis opposite, que non acquiritur nisi per tolleranciam passionis, quomodo cum hoc superaretur a carne? insuper si crederet perfecte, quod omnis honor mundanus non est nisi fucus retrahens a vera excellencia, que non nisi vera humilitate acquiritur, qua quis caritative ac obedienter reputat quosque secum conversantes quoad deum superiores, quomodo cum hoc superaretur temptatione diaboli?

15

*Neglect of
Scripture teaching
the prime
cause of sin*

defectus igitur fidei scripture est causa prima nequicie.¹ et ideo apostoli rogarunt pastorem suum Luc. septimo decimo, ut augeret eis fidem. et certum videtur, quod tunc habuerunt || plus fidei quam nos vel forte illi, qui fingunt istam ficticiam. ignorant nedum ecclesiam catholicam, sed eius vera privilegia, et, quoad noticiam prelato debitam, singula sacramenta. si enim haberemus fidem debitam, diligemus plus celestia quam terrena. nec est possibile, quod quis declinet vel obliquet a lege domini nisi propter defectum fidei. sicut enim primum fundamentum virtutum est fides, ut patet Ebr. undecimo, sic primum detrimentum alliciens ad peccandum est infidelitas, cum recedendo a domino vel torpendo a suo officio dissolvitur fidelitatis obligacio. ideo diabolus primo allicuit ad infidelitatem, ut patet Gen. tertio capitulo.

1 *A² in marg.*: omnis malus est ignorans est om. *B^a*
 2 crederet *A* 4 separaret *D*; *C*, sed del. *C²* et int. lin. add.
 superarer 12 vera om. *B^a* 18 17^o om. *B^a* augeat *B^a*
 20 cum ignorant *B^a* 24 obliget *B^a* 29 torpendo *B^a* *C*
 trependo *D* tpendo *A*, sed or superscriptum est

1 cf. H̄OIK. l. III cap. 2: unusquisque sane homo improbus ignorat, quid agere, quid omittere conveniat, et hic ipse defectus causa est, quare homines iniusti et prorsus improbi existant, cf. Müller, Einl. in d. philos. Wiss. III 157 sqq.; 354 sqq. 18 v. 5 27 v. 1; 6; 33 sqq. 31 v. 1 sqq.

*Faith the
foundation and
strength of
Christian life*

CAPITULUM VICESIMUM ALTERUM.

Restat ulterius iuxta fidem scripture et testimonia legum ecclesie videre, qualis conversacio ac ministracio debet prelatis competere. et certum est, quod ista ⁵ doctrina in scriptura nostra ostenditur. nam scriptura sacra fuisse nimis insufficiens, si ordinasset cristianos, nisi ordinasset illis regulam, quam servarent. sed constat ex fide scripture, quod ordinavit sacerdotes huiusmodi, ut patet de apostolis atque discipulis, igitur ordinavit ¹⁰ eos legem suum officium regulantem.

scrutemur igitur illam preter ewangelium et vitam apostolorum in scriptis apostoli. et cum nulla scriptura sacra sit alteri contraria nec alia complecior de dispositione episcopi quam illa, quam tradidit apostolus prima ¹⁵ Thym. tertio, quindecim condiciones explanans episcopi, patet, quod ille textus complete complectitur, quidquid est necessarium cuicunque episcopo. ideo dicit Crisostomus super illo textu omel. decima, quod apostolus debens ire ad sermonem 'de episcopatu, ostendit' una, ²⁰ quallem oportet 'esse episcopum'.

unde pro intellectu huius textus notandum est primo, quod sub nomine episcopi apostolus includit quemlibet sacerdotem. aliter enim non traderet completam regulam de officio sacerdotum, nec mixtim vocaret instructos ²⁵ secundum hanc regulam nunc sacerdotes et nunc episcopos, nec iura canonica aliter sic exponerent, ut patet nonagesima tercia dist. in multis capitulis.

The Bible the fundamental law for the moral conduct and sacerdotal duties of the clergy

Proved from St. Paul's doctrine

According to him, the New Testament 'bishop', is identical with priest

1 Cap. 22^m *A* in fine lineae ultimae cap. praecedentis incipit novum folium (361) in cod. B; iam inde pergit aliis usque ad fol. 378, quem B^b vovo; superscripsit capitulo: assit principio sancta maria meo in extremo margine 3 A¹ in marg. super. cum sig. marg. miniavit episcopi conversacio et sacerdotis 6 sacerdotes cristianos B^b 11 per B^b 14 tradit CD trac tat B^b 16 amplectitur B^b 21 est om. B^b

15 v. 2—6 17 cf. Opp. Ser. Gr. 62 pag. 547 27 C. J. C.
I (Decr. I pars) c. 7; 10; 13; 23; 24; Dist. XCIII pag.
322—329

secundo notandum, quod apostolus tradens hanc regulam Thymotheo sub uno involucro informat quoscunque episcopos succedentes. patet per Crisostomum in omelia predicta dicentem, quod apostolus 'Thymotheum admonens, ut omnibus loquens per eum omnes dirigit', ⁵ et sexagesima prima dist. 'Miramur', dicit Leo episcopus: 'ubi est illa beati Pauli apostoli per spiritum sanctum emissa precepio, qua in persona Thymothei omnium sacerdotum Cristi numerus eruditur?' aliter enim foret doctrina spiritus incompleta. ideo sicut acceptamus autoritatem dei singularis beato Petro vel alteri apostolo gradum dignitatis tanquam dictum, sic sibi pro ipso et omnibus successoribus rite eum imitantibus. ita oportet, nos capere regulas dictas uni patri || nostri status ^{fol. 72^a} vel ordinis tanquam vere dictas toti generi illius ordinis, ¹⁵ sicut patet demonstrative ex fide.

*To sue for a
bishopric from
worldly motives
is deadly sin*

tercio notandum, quod apostolus introducens hanc regulam premitit hanc maximam, quod appetere episcopatum sit licitum. patet ex hoc, quod omnis status meritorius in ecclesia a deo autenticatus et institutus est ²⁰ racionabiliter appetendus. huiusmodi est episcopatus, ut patet de cunctis apostolis, igitur conclusio. —

unde quia apostolus scivit in spiritu, quod multi appeterent statum huiusmodi propter pompam seculi et quemadmodum temporalis comodi, ut patet secundo Thym. tertio, ²⁵ ideo modificat formam, qua sacerdos appeteret prelaciam. qui, inquit, episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. cum enim sacerdos, episcopus et papa sit nomen officii, ut patet per quotlibet leges, quicunque rite desiderat istud officium, desiderat opus meritorium, ³⁰

3 <i>A¹ in marg. min.</i> nota	4 predicta <i>om. B⁴</i>	5 am-
monens <i>B^bCD</i>	8 sanctum <i>A</i> dei <i>B^bCD</i>	13 suis
rite <i>B^bCD</i>	suis (<i>expunctum</i>) rite <i>A</i>	14 uno <i>CD</i> ,
<i>A</i> (? bono)	18 <i>A¹ in marg.</i> : Nota	20 autori-
zatus (?) <i>B^b</i>	27 <i>A¹ in marg. super. cum sig. marg. rubr.</i>	
litt.: Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat		

4 cf. *Opp. Ser. Gr. 62 pag. 547* 6 *C. J. C. I (Decr. I pars) c. 5 Dist. LXI pag. 228* 25 *v. s sgg.* 29 cf. *e. g. C. J. C. I (Decr. I pars) c. 2 Dist. LXXXIII pag. 293*

quod toret per se causa huiusmodi appetitus. ideo, ut alias dixi, quicunque propter fastum vel questum principaliter istum statum desiderat, peccat mortaliter appetendo. unde Crisostomum in omelia supradicta: 'Moyses 5 desideravit hanc rem, sed non potestatem'. episcopus enim dicitur ab episcopando, id est, intuendō vel custodiendo. et ad istum sensum exponitur in Decretis communiter, ut patet quadragesima dist. et infra, specialiter autem sexagesima prima dist. cap. 'Sacerdotale' et 'In 10 Sacerdotibus' et quadragesima octava dist. 'Quoniam Multa'.

primo igitur oportet, episcopum esse irreprehensibilem secundum apostolum, quod exponit Crisostomum de carencia cuiuscunque criminis vel peccati mortalis, et 15 per consequens omni genere virtutum ornari, cum tam virtutes quam vicia sint connexa. 'omnem', inquit, 'dicit apostolus virtutem irreprehensibilem dicens: itaque si quis conscientis est sibi ipsi aliquorum criminum, non bene facit prelaciam desiderans, a qua per opera semet 20 ipsum abiecit. non enim principari, sed principatu oportet talem supponi'. patet etiam de ratione eo,

By what
standard is the
true priest to
be judged?
He should be
'blameless'
(ἀνεπιλημμένος)

² vel: *explicit pag. 361 cod. B; in marg. inferiore B⁴*
 (?B⁵) *notavit* Cum enim sacerdos, episcopus vel papa sit nomen officii, qui rite illud officium desiderat, opus meritorium. desiderat, quod foret per se causa huiusmodi appetitus. et qui desiderat istum statum propter lucrum principaliter et fastum seculi, peccat sic appetendo 4 supradicta *om. B^b* 10 supra 48^a quoniam *B^b* 12 *B^b in marg.*: hic notat, qualem episcopum oportet esse *A¹ in marg. infer. cum sig. marg.*: nota condiciones episcopi 13 apostolus *D* 15 oportet episcopum omni *B^b, in marg. B¹* iteravit omni 16 omnem corr. *D* deinde *C* inquit corredit *A* 19 fecerit *B^b* operas codd. se *B^b*

² cf. *De Ecclesia* (ed. Loserth) *cap. XV* pag. 347; *cap. XII* pag. 251; *cap. IV* pag. 89 4 cf. *Opp. Ser. Graec.* 62 pag. 547 8 *C. J. C. I* (*Decr. I pars*) *c. 12 Dist. XL* pag. 147—148 9 cf. *ibid. c. 1 Dist. LXI* pag. 227 10 cf. *ibid. c. 2* pag. 227 cf. *ibid. c. 1 Dist. XLVIII* pag. 174 13 cf. *Opp. Ser. Gr.* 62 pag. 547; *verba a JW* hic laudata a translatione latina, quae in editione Migne exstat, admodum differant; *JW* ipsi translationem verborum Chrys. deberi opinari ausim; *idem* vadere de testibus laudatis, qui sequuntur, volo

quod huiusmodi quidquid fecerit, peccat mortaliter, ideo est indignus ad omne officium sacerdotis, et dist. quadragesima cap. primo dicitur, quod 'oportet episcopum esse ornatum' virtutibus, quod probat ex figura, qua sacerdotes 'veteris testamenti ornati sunt variis corporalibus 5 ornamentis', ut patet Exodi vicesimo octavo, et quod signat mystice illos 'multimodis splendere debere virtutibus' iuxta illud Psal. centesimi tricesimi secundi: sacerdotes tui induantur iusticia. aliter enim non induuntur salutari i. e. Cristo, ut oportet sacerdotes indui 10 sicut et singulos cristianos, Ps. centesimi tricesimi secundi dicitur: sacerdotes eius induam salutari, et apostolus Gal. secundo: vivit in me Cristus. et hinc dicit sanctus Ieronymus, ut recitatur tricesima octava dist., quod 'ignorare scripturam sacram est ignorare 15 Cristum et fidem'. oportet enim, cristianum esse per assimilacionem quodammodo ipsum Cristum, ut patet quinto decimo cap. libri proximi.

*Not to know
Holy Scripture
is not to know
Christ*

'the husband of
one wife'
(μόνος γυναῖκες
άνθρωπος)
secundo oportet, episcopum esse unius uxoris virum, non quod quicunque episcopus sit carnaliter coniugatus, 20 cum apostolus et multi alii erant virgines. unde apostolus aliter non cuperet, omnes sacerdotes esse virgines, ut videtur prima Cor. septimo: volo autem etc. || si igitur fol. 72^b episcopus infirmior nubit in domino, quod in multis est licitum, videat, quod non sit bigamus, sed pure mono- 25 gamus propter magnitudinem sacramenti inter

4 ad hanc lineam in cod. A aliquis plumbō usus ad-
scripsit No(ta) 5 in hoc loco (cod. A) foramen in-
venitur, quod postea filis consutum est 6 inter et et
quod lacuna A 8 psal. 131 codd., corr. B^b, iteravit B¹
in marg. 9 iusticiam B^bCD 11 131¹ codd.
12 dicitur om. CD, inter lin. superscriperunt C²D 14 be-
atus B^bCD 17 quod modo B^b 18 15^o ACD in B^b
21 episcopi erant B^b erant C, sed C² in marg. addidit
episcopi 24 A² in marg. super. notavit Episcopus unius
uxoris vir quomodo intelligitur

2 cf. C. J. C. ibid. c. 1 Dist. XL pag. 145 6 v. 2; 4 sqq.
8 v. 9 11 ibid. v. 16 13 v. 20 15 cf. C. J. C. ibid. c. 9
Dist. XXXVIII pag. 142 18 hunc locum cum libro quinto
Summae (De Civ. Dom.) hucusque publici iuris non facto
conferre non potui 23 v. 7

Cristum atque ecclesiam, de quo Eph. quinto, et sic omnino spiritualiter vir unius uxoris spiritualis. nam secundum Crisostomum episcopus etiam agamus habet uxorem spiritualem ut clerum aut populum sibi propinquum subiectum, sicut metropolitanus habet confratres episcopos, episcopus rectores et quicunque sacerdotes seniores ac saniores, qui sunt una persona gamos i. e. muliebris. disciplinabiles vero ambulantes sub eis in via domini sunt filii episcopi et uxoris sue, sed grossiores leges dei plus ignari sunt servi sive familia domus episcopi. non igitur debet episcopus ad ampliorem familiam aspirare, quam sufficit, cum uxore sua capitaliter regere influendo illis sensum domini et motum tendendi ad patriam.

unde notato sensu isto apostoli non aspiraremus ad multitudinem beneficiorum, cum cuilibet ecclesie preposito sufficit una uxori.

tertia episcopi condicio est, quod sit sobrius, i. e. abstinent secundum virtutem temperancie, a 'so', quod est 'cum', et 'bria' 'mensura'. quamvis autem hec virtus debet inesse cuilibet christiano iuxta illud Tit. secundo: apparuit gratia dei salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem et secularia desideria sobrie, iuste et pie vivamus in hoc seculo, tamen autonomice debet competere sacerdoti. debet autem statuere sibi pro regula, quod precise tantum assumat de alimentis et tegumentis, quantum est necessarium et promovens ad offi-

'sober'
(*νηφάλιος*)

3 etiam *A* et *CD* om. *B^b* 11 episcopi:
incipit fol. 146^a cod. D; in marg. super. D² notavit qualiter
 episcopus esset unius uxoris vir 16 ecclesia *B^b* 17 sufficiat *B^bCD* 20 cum addiderunt postea *AD* in loco
vacuo, superscripsit inter lineas B^b locus vacuus *C*
bria ACD una *B^b* hec om. *A*, addidit in marg. *A²*
 22 nostri *ACD* enim *B^b* 23 ut *CD* om. *A*,
addidit in marg. A² velud *B^b* abnegantes impietatem
 et secularia desideria *C* abnegantes impietatem secularia
 desideria *D*; *A*, sed int. lineas et superscripsit voci
 secularia abnegantes id est d) (sic; desideria?) *B^b*

1 v. 32 3 cf. Opp. Ser. Gr. 62 pag. 549 21 v. 11—12
 27 respicit ad I. Tim. 68

cium sacerdotis. et ista virtus episcopi exponitur quadragesima quarta dist. 'Cum Autem': 'cum', inquit, 'sacerdos vinolentus esse prohibetur, gule intemperanciam nequaquam habere permittitur. neque enim ebrietas prohibetur et voracitas permittitur, utrumque autem inter opera tenebrarum apostolus commemorat, scribens Romanis: non in comedacionibus et ebrietatibus ventris, namque ingluvies ad luxuriam facile provocat et omne opus bonum dissolvit. unde venter et genitalia sibimet 5 ipsis vicina sunt, ut ex vicinitate membrorum confederatio intelligatur viciorum. hinc eciam Nabuzordan, princeps cocorum, muros destruxit Ierusalem, quia venter, cui multitudine cocorum deservit, edificia virtutum ad solum redigit'. unde Ieronymus ait: 'tibi, o sacerdos, de altario vivere, non luxuriari permittitur'.¹⁵

'vigilant'
(σωφρων)

quarta sacerdotis condicio est, quod sit prudens. nam prima condicio disponit eum generaliter ad deum, secunda generaliter ad ecclesiam et per consequens ad proximum, sed tercua generaliter ad se ipsum. unde quarta condicio specialis est virtus, dirigens prelatum in agibilibus, ut quoad predicacionem, quoad correccionem et quoad sui et aliorum passionem utatur regula rationis. debet enim predicare populo pastum congruum eius edificationi, non subtilem laicis vel indignis, ut docetur quadragesima tercia dist. capitulis: 'In Mandatis' || et²⁵ fol.^{72c}

4 neque enim ebrietas prohibetur, et voracitas permittitur
om. D, addidit in marg. D¹ 8 provocant B^b 11 na-
buzordan A nabuzardan B^b nabuzardan CD 21 quoad
correccionem om. A, addidit in marg. A² 22 passionem C
23 non eius A

1 C. J. C. ibid. c. 1 Dist. XLIV pag. 156 7 Rom. 13,13
11 cf. II. Reg. 258 sqq. 8 ingluvies morbi genus,
tumor gutturis est 12 cocorum idem ac coquorum
25 cf. C. J. C. ibid. c. 2, 3 Dist. XLIII pag. 155—156: non
... oportet aliquid de secrecioribus et remotis divinae sen-
tentiae proloqui, sed magis protestari, et convenire eum, ut
peccare desinat et actus suos a viciis emendet. . . . nam nichil
omnino respondere auditorum causa utile non videtur, . . .
ne fides eorum ledatur non intelligendum propositum nos-
trum. c. 3: scimus autem, multos ob id infestare do-
ctores, ut eos perdant et propriae voluntatis placita adim-
pleant. non propterea tamen doctores . . . a recta emulacione

'Scimus'. unde quia hoc officium est precipuum, ideo requiritur ad istud maior prudencia, ut patet in Decretis, ubi supra, cap. 'Sit Rector', quod capitul ex libro pastoralis cap. sexto, ubi dicit Gregorius, quod 'rector debet discere discretionem in silencio, ne vel tacenda proferat vel proferenda reticescat. nam sicut incauta locucio in errorem protrahit, ita indiscretum silencium hos, qui erudiri poterant, in errorem derelinquit'. et post narrat, quomodo multi rectores propter mundanam gloriam obmutescunt, non pastorum, sed mercenariorum voce lupos alliciunt. et hinc Ysa. quinquagesimo sexto vocantur canes muti, non valentes latrare, et Ezech. tredecimo de talibus deus conqueritur: non ascendistis ex adverso neque posuistis vos murum pro domo Israel, ut staretis in prelio in die domini. ascendere ex adverso est mundi potentes per scripture verbum, per mundi relpcionem et pacientiam superare. et ille rector est murus ecclesie, qui constanter zelo iusticie stabilitus virtutibus secundum legem Cristi defendit suos a dexteris et sinistris. unde terribiliter dominus alloquitur Ezech. tertio cap.: si non anunciareris impio, sangwinem eius de manu tua requiram. unde de pastorum desidia conqueritur dominus Tren. secundo: prophete tui viderunt tibi vana et

¹ A¹ in marg. super.: predicatoris condiciones ² in
decretis ubi supra om. B^b ³ Sit Rector scripti ex auctoritate Decreti assit cuncti codd. ex libro om. B^b
pastoralium (?) pastorum) B^b ⁴ Gregorius om. B^b discere correxerunt B^bC, iteravit B¹ in marg. ⁸ errore CD
9 gloriam correcxit A graciam B^b ²¹ A¹ in marg.:
nota 24 tren. 20 ACD ieremie 50 B^b tibi CD,
(?) c') A om. B^b

et bona intencione recedere debent, scientes, quia beati, qui persecucionem sqq. ³ cf. ibid. c. 1 pag. 153 ⁸ cf. ea, quae in eodem canone sequuntur: saepe namque rectores improvidi, humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescant, et iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodiae pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruent... hinc namque eos per prophetam dominus increpans ait in Ysaia: canes muti, non valentes latrare
11 v. 10 13 v. 5 21 v. 15 24 v. 14

stulta, nec apperiebant iniuitatem tuam, ut te ad penitenciam revocarent. prophete, inquit Gregorius in sacro eloquio, doctores vocantur, qui temporalia videntes et leges hominum vana et stulta vident, dum promissa securitate peccatoribus blandiuntur. ipsi, inquit, iniuitatem peccati non apperint, quia ab increpacione desidia conticescunt, clavis quippe assertio[n]is est sermo correpcionis. unde increpando sacerdos culpam detegit, quam sepe nescit eciam, qui perpetravit. hinc Paulus ad Titum ait, ut potens sit, eciam extortari in doctrina sana et eos, qui contradicunt arguere, et Malachie secundo dicitur: labia sacerdotis custodiunt scienciam et legem inquirunt de ore eius, quia angelus domini exercituum est. hinc per Ysaiam dicitur: clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. unde ne credatur, quod ista sentencia solum astringit sacerdotes et prophetas veteris testamenti, sequitur conclusio Decreti ecclesie sub testimonio beati Gregorii quadragesima tercia dist. 'Sit Rector': 'preconis officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit. unde ante adventum iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse clamando gradiatur. igitur sacerdos predicacionis nescius non facit officium, cum sit dampnabiliter preco mutus'. unde in signum nobilitatis istius officii Act. secundo cap. legitur, quomodo 'spiritus sanctus pastores primos in ligwarum specie indit, quia, quos replevit sciencia, protinus loquentes facit'. et hinc Moysi precipitur Exod. vicesimo octavo, ut sacerdos thabernaculum ingrediens tintinabulis ambiatur, ut videlicet predicacionis voces habeat, ne superne inspeccio[n]is iu-

*and holds his
charge unlaw-
fully*

3 vocantur iteravit, alterum expunxit A 7 clam (?) A
clamor C aperitionis D 12 malechie A malecie D
19 43 dist. sit rector om. B^b, in marg. addidit eadem manus 21 unde A ut B^bCD
dist. sit rector omisso 43^a 25 10 B^b 26 indit AD incidit
quod. B^b 25 10 B^b 26 indit AD incidit
correxit in fine B^b, additio et in marg. a B¹ in marg. C²
vidit C in textu 30 nec D

2 cf. supra I 31 10 Tit. 19 12 v. 7 15 Ysa. 58; 1
19 C. J. C. ibid. c. 1 Dist. XLIII pag. 154 25 v. 3
28 v. 35

dicium ex silencio offendat. scriptum quippe est, ut
^{tol. 72d} audiatur sonitus, || quando ingreditur in conspectu
 domini, et non moriatur. sacerdos namque ingrediens
 vel egrediens moritur, si de eo predicacio non auditur, quia
^s contra se iram occulti iudicis erigit, si sine predicationis
 sonitu incedit. apte autem tintinabula vestimentis ponti-
 ficiis inscribuntur, cum vestimenta sacerdotis recta opera
 debemus accipere iuxta illud Ps. centesimi tricesimi
 secundi: sacerdotes tui induantur iusticiam.
^{zo} vestimentis itaque sacerdotis tintinabula inherent, ut vite
 viam cum ligwe sonitu opera ipsa clament'. et post
 ostendit decretum Gregorii, quomodo 'sal sapientie
 sacerdotis sit spargendum in populo, ne unitas caritatis
 et fidei dirumpatur'. et hoc significatur per mala punica.
¹⁵ sicut enim 'in una cortice mali punici multa grana in-
 terius nutriuntur, sic in unitate fidei uniuntur fideles,
 quos contegit fides ecclesie' sub gradu dispari meritorum.
 unde Lev. quinto decimo dicitur: in mundus, qui
²⁰ patitur fluxum seminis ad demonstrandum, quod
 spargens semen fidei debet prudenter in scripture limiti-
 bus se tenere, nec predicando extranea, nec nimis con-
 tinue, nec, quod plus timendum est, omissione verbi dei
 nimium mutescendo. unde secunda Thym. quarto apostolus
 sibi iniungens sacerdotis officium sic affatur: testi-
²⁵ ficor coram deo et Jesu Christo, qui iudicaturus
 est vivos et mortuos et adventum eius et regnum
 ipsius. secundum Crisostomum terruit eum inculcans

2 sanctuarium in *B^b* 4 audiatur *B^b* 5 iram
 contra ce *B^b* 6 tintinabule *B^b* cum bu superscripto
 super bu inter lineas 8 centesimi trigesimi secundi emen-
 davi ex CXXXI ACD 131 om. *B^b* 10 vite om. *B^b*
 cum *AD*, in marg. *C²* tamquam (expunctum) *C* non *B^b*
¹² sal om. *ADC*, addidit in marg. *A¹D⁸C²* 14 de-
 rumpatur *B^b* dirumpatur *C* dirumpantur *D* ex-
 puncio n puncta *AB^b*; expunxit t et superscripsit c *D*
¹⁹ denotandum *B^bC* 21 continue *B¹* in marg. con-
²² *B^b* in textu 24 in om. *B^bC* effatur *B^b* 26 ipsius *B^a*

1 cf. Ex. 28, 35 8 v. 9 11 cf. ibid. ea, quae paullo
 infra sequuntur 18 v. 2 23 v. 1

finale iudicium et testificans eius terribilem adventum ac gloriosum ecclesie premium. ideo, inquit, *predica verbum, insta oportune, importune dicturus.* inquit: importune, premisit: oportune, quia *predicator sua vilitate importuna se destruit, si prudencie opor-* tunitas non precedit.

ex istis verbis utriusque testamenti sanctorum doctorum et scribarum ecclesie satis ostenditur, quod prudencia sacerdotum sit maxime in seminacione fidei attendenda. non enim est causa, quare prophete veteris ¹⁰ testamenti et non sacerdotes novi tenentur ad istud officium, nisi quia nos sacerdotes recepimus a deo ampliora carismata et a populo copiosiora temporalia ad istud officium peragendum.

'of good behaviour'
(*χρόνιος*)

quinta sacerdotis condicio est, quod sit *ornatus* ¹⁵ virtutibus quoad vitam, quia secundum Gregorium, ‘cuius vita despicitur, restat, ut eius *predicacio contempnatur*’. unde Archidiaconus super primo cap. quadragesime tercie dist. notat, quomodo ‘ad *predicacionem legitimam sacerdotis requiritur caritas ardens, vita lucens,* ²⁰ et locucio prudens’, de prima Cor. tredecimo: si ligwis hominum loquar etc. de secundo Matth. quinto: sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona. *ornatus* igitur sacerdotis disponitur ad hunc finem. unde octogesima sexta dist. sic scribitur: ²⁵ ‘facientis procul dubio culpam habet, qui, quod potest corrigere, || negligit emendare. scriptum quippe est: fol.73a non solum, qui faciunt, sed qui consenciunt, participes iudicantur. et negligere, dum possit detur-

8 satis *in marg. adscripsit A²* 10 prophete *om. D.*
addidit in marg. D¹ vel prima manus 13 populo *AB^bC*
deo D 26 dubie *AD* 27 *A¹ in marg. infer. fol.*
72d miniavit *Ornatus sacerdotis* 28 *A¹ in marg. fol.*
73a: Consensus ad malum, *in marg. super. cum sig. marg.:* Contra illos, qui non corrigit malum 29 *cum B^b* de-
turpare D

2 <i>cf. ibid. v. 2</i>	16 <i>cf. Opp. Ser. I 76 pag. 1119</i>	18 <i>C. J. C.</i>
<i>I c. 1 Dist. XLIII pag. 153/154</i>	21 <i>v. 1</i>	22 <i>v. 16</i>
25 <i>C. J. C. ibid. c. 3 Dist. LXXXVI pag. 298</i>		27 <i>cf.</i>
<i>Rom. I 32</i>		

bare perversos, nichil aliud est quam fovere, nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obviare'. 'et latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit eum pravitate consensum. et nichil prodest s alicui, non puniri proprio, qui puniendus est alieno peccato'.

quotlibet sunt dicta sanctorum testancia, quod ornamenti virtutum non detecta populo ad usuram dampnante ex desidia servum nequam.

10 sexta condicio est, quod presbiter sit pudicus i. e. castus, quasi pudorij custos. hoc autem ornamentum debet consequi propter duo: primo, quia impudicicia mentem distrahit ab officio predicandi; altero, quia reddit sacerdotem infamem in populo. facil enim luxuria 15 hominem bestialem ut porcum, cui non sapiunt margarite fidei predicande, Matth. septimo. unde metricus:

'ingenium, mores, famam, res, sensus, honores:
tot perdit vere bona clericus in muliere'.

20 unde Cristus ordinavit in statu innocencie pudiciam conjugalem, in statu lapsus quoad ipsum et matrem suam pudiciam virginalem et in statu glorie quoad omnes perpetuam castitatem virgineam. unde totum malum in populo ortum est propter carnalem vel spiritualem im- 25 pudiciam sacerdotum. sic enim filii sacerdotum concubuerunt cum mulieribus vigilantibus ad ostium thabernaculi, primo Reg. secundo. unde et Heli propter obmutenciam correccionis pastoralis privatus est sacerdocio, archa domini capta est et populus trucidatus.

'chaste'

*Licentiousness
of the clergy
the ruin of the
congregation*

7 quod <i>om.</i> <i>B^b</i>	12 debet <i>ACD</i>	oportet <i>B^b</i>
<i>A¹</i> in marg.: luxuria sacerdotum	13 mentem <i>A</i>	
multum <i>D</i> intellectum <i>B^bC</i>	16 ut patet Matth. <i>B^a</i>	
19 <i>A</i> in marg.: vv. (i. e. versus)	<i>D²</i> : v' (versus)	bona
vere <i>A</i>	21 et in <i>CD</i> lapsis <i>B^b</i>	22 in glorie <i>B^b</i>
quo perpetuam <i>B^b</i> , sed <i>B¹</i> et superscripsit et in marg.		
iteravit ad omnes	25 sic <i>B^b</i>	sicut <i>D</i> ; <i>A</i> , sed ut
expunctum; <i>C</i> , sed ut erasum est		26 ostiam <i>B^b</i>
<i>om. B^b</i> , in marg. addidit 1 Reg. 2 ^o		27 2 ^o

unde, si nostri clerici habeant in isto crimine impudendam frontem meretricis, non genas rubeas instar sponse, timendum est, ne illis accidat proporcionaliter, sicut tunc contigit ex predicta luxuria sacerdotum. de ista impudicicia loquitur canon quadragesima tercia 5 dist. 'Pudicus': 'ymmo populus non debet audire missas talium', ut patet octogesima prima dist.: 'Si Qui Sunt', tricesima secunda dist. 'Nullus' et 'Preter Hec', et per consequens subtrahere ab eis bona pauperum, ne subversionis ecclesie sint fomentum.

'given to
hospitality'
(φιλόδεσιος)

septima condicio episcopi est, quod sit hospitalis; cum hoc sit unum opus misericordie, de quo Matth. vicesimo quinto, fiet districta requisicio in finali iudicio. et omnino oportet, omnem episcopum esse spiritualiter hospitalem, recipiendo pauperes et frigidos caritate, quia 15 caritas operit multitudinem peccatorum. debet igitur episcopus dotatus ex elemosinis datis pauperibus ipsos Christi pauperes recreare, ut ostenditur quadragesima secunda dist.: 'Hospitalem', inquit, 'oportet esse episcopum vel sacerdotem, ne sit in numero eorum, quibus 20 dicitur in iudicio: hospes fui et non suscepistis me'. cum enim debet predicare subditis opera misericordie, patet, quod ipse debet doctrinam primo opere adimplere. tertio recolat, quomodo Abraham Gen. duodecimmo et Loth Gen. || undevicesimo receperunt²⁵ fol.^{73b} angelos in suum hospicium et propterea comendati

6 *B³* in marg.: populus non debet audire missas sacerdotum impudicum (*sic*) 8 et om. *CD* 13 districta *CD* stricta *B³*; *A*, sed *A¹* in marg. sanavit addito di 15 et om. *A* caritative *B^b* 18 ipsios *B^b* expuncto altero i 19 esse episcopum *A*, sed *A¹* in marg. add. vel sacerdotem esse sacerdotem *B^b* episcopum esse vel sacerdotem *C*; *D*, sed *lin. superscriptis* esse episcopum vel sacerdotem *legi voluit* 25 *A¹* in marg. super. fol. *73^b* notavit hospitalitas episcoporum et sacerdotum et ipsorum convivia 1^o cum superscripto 19 *A*

6 C. J. C. <i>ibid. c. 1 Dist. XLIII pag. 153</i>	7 cf. <i>ibid. c. 15 Dist. LXI pag. 284</i>	8 cf. <i>ibid. c. 5 Dist. XXXII pag. 117</i>	13 v. 35
<i>c. 15 Dist. LXI pag. 284</i>	<i>c. 6 Dist. XXXII pag. 117</i>	<i>c. 1 Dist. XLII pag. 151</i>	<i>c. 1 Dist. XLII pag. 151</i>
<i>15 cf. I. Pe. 48</i>	<i>18 cf. C. J. C. ibid. c. 1 Dist. XLII pag. 151</i>	<i>21 cf. Matth. 25³⁵</i>	<i>24 v. 4 sqq.</i>
			<i>25 v. 2 sqq.</i>

sunt, ut patet de revelatione facta Abrahe et de salvacione domus Loth. et notat Gregorius super illo Luc. vicesimo quarto: mane nobiscum domine: 'hospites quippe non discolantes nedum sunt invitandi, sed eciam cogendi'. quarto cum secundum apostolum prima ad Thym. quarto: exercitacio pietatis ad omnia valet, patet, quod hospitalitas sit precipuum indicium caritatis, prima Joh. tertio: qui habuerit substanciam huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem habentem, quomodo caritas dei manet in eo? unde conclusio decreti est: 'ab hospitalitate quicunque alienus fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit', quod probatur ex textu apostoli prima Thym. quinto: si, inquit, vidua ab ecclesia recipi prohibetur, que pauperes non recepit hospicio, que pedes sanctorum non lavit, que opus bonum non est executa, multo magis prohibendi sunt sacerdotes, qui noti sunt a pietatis operibus alieni.

ex istis colligitur, quod despiciens agapas i. e. con-via pauperum, que Cristus precepit Luc. quarto decimo, maledicitur quoad deum. unde beatus Joh. ep. tercia quandam Diotrepem excomunicat propter illud.

ex quo patet, quod sacerdos consumens bona pauperum in lautis conviviis amicorum carnarium vel propter mundanam gloriam eo ipso maledicitur quoad deum. facit enim tanquam minister execrabilis et proditorius domino pauperum sacrilegium plus quam furtum.

octava condicio episcopi est, quod omnino sit doctor. *'apt to teach'* (*διδασκτικός*)

1 et om. <i>B^b</i>	10 pacientem <i>B^b</i>	13 probatur <i>in</i> <i>correctura B^b</i>
	apostoli om. <i>B^b</i>	15 recipit <i>D</i> , ex-
<i>puncto ci et superscripto ce in receptum emendatum</i>		<i>puncto ci et superscripto ce in receptum emendatum</i> 17 noti
<i>ACD</i> non <i>B^b</i>	18 alieni (? alie) <i>D</i>	19 colligitur <i>A</i>
ostenditur <i>B^bCD</i>	21 beatus om. <i>B^b</i>	22 diotropem <i>B^b</i>
27 fructum <i>B^b</i>	28 <i>A¹</i> <i>in marg.</i> <i>adscriptis</i> episcopus	
debet esse doctor		

1 cf. Gen. 19²¹ sqq. 2 cf. Opp. I 76 pag. 1182 (Hom. in Luc. 24¹³⁻³⁵): *quia peregrini* sqq. 3 v. 29 4 discolantes = *morosi, invitati* 6 v. 8 8 v. 17 11 cf. C. J. C. I Dist. XLII (Gratian. I pars): *ab hac (pietate cf. I. Tim. 4⁸) quisquis alienus fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit*
13 v. 10 20 v. 21 21 v. 9—10

*The priest
wasting the
goods of the
poor in luxuries
incurs God's
curse*

Gospel teaching
the first duty
and the
strongest
armour of the
priest

unde Crisost. in omelia: 'maxime omnium hoc adesse oportet ei, cui principatus iste commissus est'. aliter enim foret ut miles inermis in hostibus, ymmo verius proditor exercitui cristiano contrarius, dicente Decreto tricesima octava dist. 'Nullus Episcopus' ex autoritate 5 Clementis: 'qui enim rebelliter vivit et discere atque agere bona recusat, magis diaboli quam Cristi membrum esse ostenditur et pocius infidelis quam fidelis esse monstratur'. patet autem necessitas huius armature ex condicione quarta et septima. in hoc enim consistit 10 summa prudencia ac elemosina, cum secundum hoc committitur sibi regimen ac preeminencia, invasio hostium et exortacio subditorum.

'not given to
wine'
(μὴ πάροινος)

nona condicio episcopi est negativa, quod non sit vinolentus. licet enim precipiat apostolus prima Thym. 15 quinto, uti modice vino propter stomachum, quia precipue, quantum est necessarium ad officium sacerdotis, ut patet ex condicione tercia, tamen pocio spumans in libidinem prohibetur et ebrietas ac comessacio, ut patet quadragesima quarta dist., et per consequens omnia 20 accessoria vel excitatoria ad eandem. nam Ecclesiastici undevicesimo scribitur: vinum et mulieres apostatare faciunt, igitur rapina bonorum pauperum, de quibus oportet reddere compotum, opera sacerdotis, ad que oportet ipsum semper esse dispositum, et prohibicio 25

2 commissis *B^b* 38^a *scripsi ex auctoritate Decreti*
 39^a *cuncti codd.* 6 et *B^b* atque (*lin. del.*) et *AC*
 atque *D* autem *ACD* *eciam B^b* 12 per
 ac *A* 13 ac *B^b* 14 *A¹ in marg. infer. cum*
sig. marg.: episcopus debet esse non vinolentus 15 *I^a scripsi*
ex auctoritate novi test. II^a *D, om. ceteri codd.* 16 mo-
 dico *B^bC* 17 precipue *C, A¹ in marg.* *precise*
corr. B^b, in marg. add. B¹ *precise D* *precise*
(expunctum) A 18 *tercie (?) triplice B^b* 21 *excis-*
tancia B^bD 23 faciunt *AD* faciunt *superscripto* etc *B^b*
 faciunt *eciam sapientes* (*eciam sapientes utrumque ex-*
punctum) C

1 cf. Opp. Ser. Gr. 62 pag. 548

c. 16 Dist. XXXVIII pag. 144

cf. pag. 192 16 v. 23

ibid. c. 1 Dist. XLIV pag. 156 sqq.

4 cf. C. J. C. I

10 cf. supra pag. 186

18 cf. pag. 185 20 C. J. C.

22 Sir. 192

salvatoris, qua specialiter obligat suum vicarium, retraherent a violencia nedum sacerdotem, sed quemlibet cristianum. Rom. tercio decimo loquitur Cristus in suo apostolo || : non in comedacionibus et ebrietatis bus, non in cubilibus et impudiciciis, non in contencione et emulacione, sed induimini dominum Jesum Cristum. est autem comedatio superflua convivacio, ut comessor est edax, gule deditus, qui sepe superflue comedit. unde quadragesima quarta dist. 'Non Oportet' prohibetur episcopus facere 'convivium de confectis vel simbolis' i. e. de bonis pauperum ex elemosinarum particulis congregatis.

decima condicio episcopi est, quod nec per se nec per alium sit percussor, ubi nedum prohibentur bellum pro temporalibus et privata fratrum concussio, sicut contingit de pugnatoribus, sed secundum Crisostomum percussio conscientie fratrum, sicut faciunt leviter excommunicantes, indiscrete predicantes et sacramenta in notoriis criminibus ministrantes. unde videtur, quod verberare pueros, ex privilegio suspendere aut corporaliter castigare maleficos non sit officium sacerdotum. unde dicit Decretum quadragesima quinta dist.: 'sequitur, quod sacerdos debet sequi eum, qui dorsum posuit ad flagella', et sequitur dictum beati Gregorii: 'pastores etenim facti sumus, non persecutores'. sed nova et inaudita est hec predicacio, que verberibus exigit fidem. et infra: 'Qui Sincera' dicit Archidiaconus, quod infantes Iudeorum possunt per dominos cristianos rapi ad

'no striker'
(μὴ πλήκτης)

To inflict
corporal
punishment
doesn't fall
within the
priestly
competency

1 salvatoris *in fine correxit A* quam *AD* spiritaliter *D* 5 *inter in et contencione exstat locus rasus B^b*
6 dominum *ACD* dubium *B^b*, sed *B^b int. lineas add.*
dominum *negligens delere dubium, praeterea addidit B^b in*
marg. dominium A¹ in marg. Nota, (?) probatur quid est
comedatio 8 *ut correxit A* vel *B^bD* est *B^bCD*
et *A* 14 *A¹ in marg.* episcopus debet non esse percussor
prohibetur *CD* 23 deorsum *D, expuncto e AB^b*

3 v. 13—14 10 cf. C. J. C. I c. 2 Dist. XLIV
pag. 157 11 symbola (συμβολὴ) idem ac collatio aut pecunia, quam sodales, simul coenaturi, pro se quisque conferunt 22 cf. ibid. c. 1 Dist. XLV pag. 160 24 cf. ibid.
c. 1 pag. 160 27 cf. ibid. c. 3 pag. 160

*To make con-
verts by force is
against the law
of Christ*

fidei sacramenta, sed episcopum, presbiterum aut diaconum percipientem fideles aut infideles delinquentes canon precipit deponi ab officio clericatus eo, quod dominus hoc nunquam docuit, sed e contrario, cum percuteretur, non repercuiebat, cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur, ut patet prima Petri secundo cap.

*'patient'
(πάτερ)*

undecima sacerdotis condicio est, quod in omnibus agibilibus sit modestus, attendens ad regulam apostoli, secunda Thym. quarto in correpcione fraterna, dum dicitur: argue, obsecra, increpa in omni pacienza et doctrina. sicut enim arma sacerdotis instar Cristi debent esse preces et pacienza, sic argucio debet esse cum gladio scripture spiritualis incisio, dum in generali reprehenduntur peccata. quo facto mulcens et fovens obsecracione debet addi et tercio increpacio durior in contumaci. iste enim est ordo sanandi vulnera corporalia secundum Crisostomum omelia nona: 'argue proximos secundum rationem qua peccatores, obsecra secundum rationem qua corrigibiles, sed increpa secundum rationem qua obstinaces'. ista autem modestia est pro loco et tempore alternandi eo diligencius observanda, quo propter omissionem correpcionis modeste erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, remanentes ex desidia presbiteri incorrecti, sed sine medicina sanante coacervabunt non glutino caritatis, sed accumulacione temporalium frigescere faciem cum caritatem multitudinem magistrorum, qui solum referent pruritiva et per consequens a veritate scripture sacre auditum avertent ad fabulas convertentes. et ista est scriptura, || quam vocat in principio generaliter

7 Petri sequitur rasura C secundo cap. supplevi,
omiserunt cuncti 8 A¹ in marg. notavit modestus in
omnibus agibilibus, paulo infra: nota 11 A¹ in marg.
infer. cum signo marg.: argue, obsecra, increpa in omni pa-
ciencia et doctrina 12 cristi B^b in margine adscriptis C
inter lineas superscriptis A om. D 13 A¹ in
marg.: nota 14 in B^bC enim AD 17 est om. AD
22 alternanda B^b 25 sine ACD cum B^b coacerbabunt
in textu A, sed addito va in marg. mutavit aliquis in coa-
cerbabunt 26 glutine D

scripturam divinitus inspiratam. unde secundum Crisostomum illam apostolus meminit secunda Thym. tercio: ab infancia, inquit, sacras literas nosti, ista ergo scriptura est utilis ad omne officium sacerdotis.
 5 unde considerans, quod tempus sue resolucionis instat et periculum inminaret ecclesie ex defectu operis ewangelici, animat eum instar Christi multipliciter ad hoc opus utrobique intendens, quod hoc sit opus sacerdoti precipuum. debet autem in pacientia corporis et anime usque ad mortem corripere et utrobique non resonando malediciones vel litigia, sed doctrinam.

*The preaching
of the gospel
the chief task
of the priest*

unde duodecima condicio episcopi est, quod oportet, *'not a brawler'* (ἀπαχος) eum non esse litigiosum. debet enim salutem cuiusunque fratri vel subditi preferre ante omne comodum
 15 temporale, non bona subditorum querere, sed ipsos, et iniuriatus vincere iniuriam paciendo. ideo secunda Cor. duodecimo dicit apostolus: non quero, que vestra sunt, sed vos, et Rom. duodecimo: non vosmet ipsos defendantes, karissimi, sed date locum
 20 ire, et prima Cor. sexto: omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. quare non magis iniuriam accipitis et fraudem pacimini? unde quadragesima sexta dist. vocantur episcopi 'parati ad lites', rustici impudentes, quia cum austeritate
 25 et potentia volentes imperare subiectis, multum distant a nobilitate ewangelice dominandi. tales enim pro pomo temporalium seminant discordias inter fratres, adulantur discolis volentibus defendere causam suam, et mendaciter accusant, quos debent ex lege dilectionis proximi excusare.

2 apostolus *om. A*, addidit in marg. *A¹*. 12 *A¹* in marg. *infer. cum signo marg.*: episcopus debet esse non litigiosus 14 sui vel *CD* 15 se ipsos *B^bCD*, eraso se *A* et *om. B^b* 17 duodecimo *scripsi ex auctoritate novi test.* 13^o *cuncti codd.* apostolus *om. B^b*
 18 vosmet ipsos *C* vos *B^bD*; *A*, *sed met* ipsos *A¹* in marg. *addidit* 20 *dilectum B^b* 22 *accipitis iniuriam C*;
D, *sed lineis suprapositis ordinem sanavit* 27 *discor-*
diam B^bC

2 v. 15—16 5 cf. II. Tim. 46 17 v. 14 18 v. 19
 20 v. 7 23 cf. C. J. C. I c. 1 Dist. XLVI pag. 167
 28 *discolus* (*θύσκολος*) = *morosus*

*'not covetous'
(ἀφιλάργυρος)* unde tercia decima condicio episcopi est, quod oportet, episcopum non esse cupidum. et ista condicio est eo caucius precavenda, quo est radix tocius peccati ecclesie. prima Thym. sexto scribit apostolus: radix omnium malorum cupiditas. qui igitur gracia tem-⁵ poralium et non gracia promerendi beatitudinem ex labore accipit beneficium et sic visitat ac alia opera facit principaliter propter questum, est cupiditas in abstracto et per consequens percussus lepra Giezi, quarto Reg. quinto cap. de isto vicio patet quadragesima septima ¹⁰ dist. 'Sicut Hii': 'quis', inquit, 'tam iniustus, tam avarus, quam qui multorum alimenta suum non usum, sed ha-
*Denying help
to the poor is
as sinful as
depriving the
rich of their
property*
bundanciam et delicias facit? neque enim minus est crimen habenti tollere, quam, cum possis et abundas, indigentibus denegare. esuriencium panis est, quem tu ¹⁵ detines, nudorum indumentum, quod tu recludis, miserorum redempcio est pecunia, quam tu in terram defodis. tantorum igitur te scias invadere bona, quantis possis preparare, quod velis'. et potest demonstrari ista sen-
tencia ex dictis libro tertio, || quod iniustus iniuste ²⁰ fol. 74a possidet quidquid habet, sed iustus habet ex titulo gracie omnia bona mundi.

1 A¹ in marg. infer. cum signo marg.: episcopus debet non
esse cupidus seu avarus episcopi C, superscripsit inter-
lin. A¹ om. AB^bD 9 lib (linea delet.) lepra A
giezi AB^bD genesis 31 C 10 cap. om. B^b 11 qui B^b
tam CD tamquam (deleto quam) A tamque (hoc
corr.) B^b 14 cum AB^bC tamen D 19 velis:
incipit fol. 370 cod. B^b, in marg. super. B¹ notavit haec nunc
paene oblitera: quod iniustus (sequitur lacuna, in qua habet (?)
prius scriptum fuisse videtur) vel possidet 21 possidet ACD
occupat B^b habet ACD possidet B^b omnis
iniustus B^b

3 cf. de eadem materia ea, quae scribit Streitschr. I 246
4 v. 10 10 II. Reg. 527 11 cf. C. J. C. I c. 8 Dist. XLVII
pag. 172 20 cf. De Civ. Dominio lib. I (liber tertius
Summae) cap. 1 pag. 1: intendo itaque . . . ostendere duas
veritates, quibus utar tamquam principiis ad dicenda:
prima, quod nemo, ut est in peccato mortali, habet iusti-
ciam simpliciter ad donum dei; secunda, quod quilibet
exists in gratia finaliter nedum habet ius,
sed in re habet omnia bona Dei; cf. etiam cap. II pag. 8

quarta decima condicio episcopi est, quod sit sue^{one that rules well his own house'} domui bene prepositus, habendo filios subditos cum omni castitate. nam si coniugatus est carnaliter, debet regere suam familiam in omni genere virtutum, si curatus est, debet conformiter regere suos filios spirituales; sed omnino debet regere domum anime proprie, cum omnis caritas incipit a se ipsa. est autem vir huius domus voluntas, cuius coniux est racio, liberi vero quatuor affecções, scilicet spes, timor, gaudium et tristitia, familia vero alii sensus organici. omnia ista tam actu quam habitu et virtute oportet subdere secundum regulas scripture in castitate carnali et spirituali, quia, ut arguit apostolus: si quis domui sue preesse nescit, quomodo ecclesie dei diligenciam adhibebit? nam si quis nescit se ipsum regere, est valde indispositus in vita et verbis alias gubernare.

non autem intelligendum est, quod oportet, quemcunque episcopum carnaliter coniugari et habendo prolem atque familiam eos yconomice regulare, quia, ut arguit Crisostomus ex textu apostoli prima Cor. septimo: qui coniugatus est, necessitatur esse solitus, ut faciat, que placent uxori, et mundanam soliditudinem, quam Cristus prohibet perfectis suis discipulis, Matth. decimo et Luc. quarto decimo: nisi quis renunciaverit omnibus, que possidet, non potest meus esse discipulus. nam in primitiva ecclesia

¹ *A¹* in marg. super. cum signo marg.: episcopus quomodo debet preesse domui sue veri episcopi *B⁶* ⁵ conformiter *om. B^b* ¹⁴ adhibebit *C*, *A¹* in marg. habebit *B^bD*, expunxit in textu *A* ¹⁷ quemcunque primam partem corr. *A* ²⁴ decimo scripti ex auctoritate evangeli ^{VI^o} codd.

¹ cf. I. Tim. 3⁴ ⁷ cf. I Tim. 5⁸; Gal. 6¹⁰; verba textus apud Anglos usque hodie proverbii locum obtinent hac forma: charity begins at home, et adhibentur 'to express the prior claims of the closer ties of family, friendship etc. to a man's consideration'. radices proverbii in antiquissimis litterarum monumentis inveniuntur, cf. ex. gr. JW's Engl. Works Unpr. pag. 78: also God herip not siche cursed men for hemself, hou schulde he panne here hem for opere men, whanne charite schuld bigyne at hem-self; Beaumont and Fletcher (1616) Wit without M. V II: Charity and beauty begins at home; Southey, Engl. Ecl. V (1798) ¹³ cf. I. Tim. 3⁵ sqq. ²⁰ v. 33 ²⁴ v. 37—38 ^{Luc. 1426—27; 33; 923; Marc. 834}

The priest a
father of his
family and
setting the
example of
virtue
(τοῦ ἀδελφοῦ
δικού καλῶς
προτετάμενος)

ordinati sunt coniugati episcopi civitatum et sic mira subtilitate verba apostoli competunt cuicunque generi sacerdotum. et istam sentenciam ponunt Decreta quadragesima septima dist. 'Necesse Est', ponens primum exemplum de Iob, qui 'pro filiis cotidiana sacrificia s offerebat', et cotidie convenerunt septem filii et tres filie pocius post pastum spiritualem ex comunicacione quam propter convivium corporale, ut sancti eliciunt ex primo cap. libri Iob. secundum exemplum terrificum est de Heli, qui 'falsa pietate superatus noluit ferire filios . delinquentes, et ideo apud districtum iudicem semetipsum cum filiis crudeli dampnacione percussit. unde primo Reg. quarto divina voce audivit: honorasti filios tuos magis quam me. tercium exemplum est de David, qui erga filios lenitatem, non discipline severitatem exercens, ut patet de Amon, qui stupro sororem oppresserat, penam duplificem sensit in filiis'. nam Absolon fratrem suum occidit in epulis, secundo Reg. tredecimo, et post patrem fuit atrocissime persecutus, patet secundo Reg. quinto decimo et infra. licet autem nemo ²⁰ dubitet, quin, quicunque fecerit pleⁿnam diligenciam in fol. 74b corripiendo subiectos, non ex eorum malicia condemnatur, tamen constat ex speculo scripture et effectuali inobedientia filiorum, quod nimis pauci sunt tales, cum maior pars nostrorum presidencium videtur dampnabilis ²⁵ ex hoc, quod aspirantes ad secularia desideria correpcionem ewangelicam pretermittunt.

'not a novice'
(μὴ νεόφυτος) quinta decima et ultima condicio episcoporum est, quod non sint neophiti, i. e. ad fidem vel cristianam religionem tunc noviter conversi, ut est de noviter baptizatis et instructis in principiorum fidei rudimentis.

4 ponendo *B^b* primo *B^b* 5 *A¹* in marg. infer.
cum sig. marg. notavit patres debent suos filios et prepositi
 subditos corripere cotidiana *C* 4 convenienter *B^b*
 ac *B^bCD* 7 post *A*, linea delet. *C* 8 propter *B^b*,
 correxit *D*, superscripsit int. lin. *C* (*prima manus*) 13 Reg.
 sequitur lacuna *ACD*; supplevi addens quarto 18 suum
 om. *B^b* 30 tunc om. *B^b*

3 *C. J. C. I c. 8 Dist. XLVII pag. 172* 5 *Hiob 12-5*
 8 cf. *ibid.* 13 *I. Sam. 229* 16 cf. *II. Sam. 131 sqq.*
 19 *II. Sam. 1329* 20 v. 1 *sqq.*, 17 *sqq.*

debet enim sacerdos ex approbato habitu religionis et morum conversacione sancta, nota hominibus, gradatim ascendere, ut diffuse docetur quadragesima octava dist. ‘hodie’, inquit, ‘non fiat episcopus, qui heri fuit in theatro’, hoc est ludorum vel negociorum spectaculo; ‘hodie non sedeat in ecclesia, qui vespere erat in circo’, hoc est in ludis secularibus vel verius in negocio seculari; ‘hodie non ministret in altari, qui predie fuit fautor et socius histrionum’. racio istorum tangitur sub autoritate apostoli, ne elatus in superbiam, ex dignitate et gloria paret viam diabolo et ruinam in populo. ideo necesse est, ut diutina doctrina scripture discat humilitatem, et quod status episcopi sit ad maius periculum.

ex quibus per locum a maiori colligitur, quod ignorans fidei secundum examinacionem, quam leges limitant, vicesima tercia dist. ‘Qui Episcopus’ et nesciens se ipsum regere in virtute, qui secundum apostolum, prima Thym. quinto, est infideli deterior, dampnabiliter suscipit istud opus, dicente canone: ‘miserum est, eum fieri magistrum, qui necdum didicit esse discipulus’, quomodo, queso, fiet presbiter sine clave sciencie pertinentis? unde conclusio Decreti videtur, quod, sicut ordinandus non debet recipere sacros ordines, dum fuerit notorie in mortali, sic ordinatus cessabit a clero

*in pious
conduct*

*Every priest
ought to pass
an exami-
nation on
biblical
knowledge*

3 48^a scripsi auctoritatem Decreti secutus 46^a codd.
 4 A¹ in marg. super. cum signo marg. Contra clericum levitates exercentem eri D fuit ACD erat B^b
 8 in altari D, in (expunctum) altari C altari corr. B^b,
 iteravit in marg. B¹ pridie CD 12 ut diutina ACD
 quod divina B^b 19 onus B^b, D^b in marg. 20 eum ACD
 ipsum B^b 21 quem (?) quomodo B^b 23 ordinatus B^b

3 C. J. C. I c. 1 Dist. XLVIII pag. 173 9 Archidiaconi opinio vitiouse intellecta est a scriptore vel librario.
 Dist. XLVIII pars I sic legitur: qui heri erat catecuminus, hodie non fiat episcopus; qui heri erat in teatro, hodie non sedeat in ecclesia; qui vespere erat in circo, hodie non ministret altario; qui dudum fuerat fautor histrionum, hodie non sit consecrator virginum 16 C. J. C. I c. 2
 Dist. XXIII pag. 79 18 v. 8 19 cf. ibid. Dist. XLVIII (Gratian. I pars) in fine: sicut Innocentius ait: miserum sqq. pag. 174

*Mortal sin
annuls the
graces of
ordination*

ex causa consimili. quod probatur ex inhabilitate et dampno, quod infert ecclesie. istas sacras leges, quas tradit apostolus, inculcat canon per decem distincciones, et exponunt doctores, concorditer debet tota ecclesia acceptare. ideo premitit apostolus preambulum allec-⁵ tivum: fidelis, inquit, sermo et indubie omni accep-¹⁰ cione dignus. cum enim deus et tota triumphans ecclesia acceptat istam sentenciam, quomodo non debet sub pena dampnacionis acceptari tam a clero quam populo? unde conclusio canonis 'Quoniam Multa' ponitur in hiis verbis: si 'quis vere preter hec fecerit tamquam contraria statutis sancti consilii gerens, eciam ipse periclitabitur de statu sui cleri'.

4 et exponunt *AB^bD* exponuntque *C* 6 accep-
tatione *B^b* 9 accep^{ri} *B^b, B¹* in marg. addens ar legi
vult acceptari

3 *inabilitas seu irregularitas clerici efficitur defectibus,*
quorum secundum *Ius Canonic.* exstant decem, nempe a) *de-
fectus corporis* (cf. C. J. C. II (*Decretal. Greg. IX*) I tit. XX
/*De Corpore Vitiatis Ordinandis*/ pag. 144 sqq. et III tit.
VI /*De Clerico Aegrotante vel Debilit.*/ pag. 481 sqq.; cf. etiam
ibid. I (*Decr. II pars*) c. 1, 2 C. VII q. 2 pag. 588—589);
b) *defectus animi* (cf. *ibid.* [*Decr. I pars*] c. 2—5 Dist. XXXIII
pag. 123—124); c) *defectus aetatis* (cf. *ibid.* c. 1, 4 Dist.
LXXVIII pag. 275—276); d) *defectus scientiae* (cf. *ibid.* c. 10
Dist. XXXIV pag. 128; c. 1 Dist. XXXVI pag. 133; c. 5
Dist. LI ['qui inscii litterarum sunt'] pag. 205; c. 8 Dist.
LXI pag. 230); e) *defectus fidei* (cf. *ibid.* c. 1 Dist. XLVIII
pag. 173—174); f) *defectus libertatis* (cf. *ibid.* c. 19, 20 C.
XXVII q. 2 pag. 1067—1068); g) *defectus lenitatis* (cf. *ibid.*
II *Decretal. lib. VI lib. III tit. XXIV*: *Ne Clerici vel Mon.*
pag. 1064 sqq.; *Decretal. Greg. IX lib. V tit. XVII De Rap-
toribus*, c. 4 pag. 809; c. 29, 30 C. XXIII q. 8 pag. 963);
h) *defectus sacramenti* (cf. *ibid.* c. 2 Dist. XXIV pag. 87;
tom. II *Decretales Greg. IX lib. I tit. XXI* pag. 146);
i) *defectus famae* (cf. *ibid.* c. 2 C. VI q. 1 pag. 554; II tom.
Decretal. Greg. IX lib. V tit. XXXI De Excessibus Praelat.
c. 14 pag. 841); k) *defectus natalium* (cf. *ibid. lib. III tit. III*
De Cleric. Coniugat. c. 6 pag. 457; *ibid. lib. I tit. XVII De*
Filiis Presb. c. 14 pag. 139 (cf. *Vering, Lehrb. d. kathol.*
Kirchenrechts, Freiburg 1893 pag. 415—426))
10 cf. C. J. C. I c. 1 Dist. XLVIII pag. 174

nec subest racio, quare hodie dispensaretur contra scripturam apostoli et sic dei, nisi quia hodie est scriptura sacra amplius solito || parvipensa et sancta mater ecclesia eget maiori prepositorum prudencia ex eo, quod s invalescit maior et multiplicior inimicorum calliditas.

*The Church of
the present day
does no longer
value Holy
Scripture as in
olden times*

unde quia sepe unum oppositorum noscitur distinctius per noticiam sui oppositi, ideo post noticiam istarum quindecim condicionum boni pastoris iuxtaponende sunt viginti condiciones perversi pastoris ex thezauro scripture ad sensum sanctorum doctorum expositae.

ait enim Augustinus Super Joh. omelia penultima, exponens trinam questionem Cristi et responsionem Petri, Joh. ultimo: 'non aliud' inquit, 'tociens comedat Petro, ut oves suas pascere; redditur negacioni trine trina amoris confessio, ne minus amori ligwa serviat quam timori. sicut enim amoris officium, pascere gregem dominicum, sic fuit timoris indicium, negare pastorem'. wlt ergo dicere, ex quo Petrus tantum presumpsit ante exemplacionem Cristi, quod false dixit, se non scandalizari in Christo nec negare eum, eciam si oporteat, eum commori cum eo, sicut patet Marc. quarto decimo, et tamen postmodum negavit eum recorditer trina vice. oportet, quod post triumphum ducis exercitus sequatur eum satisfaciens pro commissis.

*The qualities of
the bad priest*

sicut enim ter false negavit dominum in penam peccati, quo voluit superbe antecedere deum suum, sic

1 hodie dispensaretur contra scripturam apostoli et sic dei, nisi quia om. *B^b*, addidit in marg. super. fol. 372 *B¹* 3 *A¹* in marg. super. fol. 74 addidit de trina negacione Petri Cristum, et quare Christus ad trinam questionem semper addit: pasce oves meas parvipensa correxit ex per impensa *A* 9 *D²* in marg.: Nota viginti condiciones perversi pastoris 17 enim om. *B^bD* officium in fine corr. *A* 18 sic *A*, *C²* in marg. si *B^bD* om. *C* fuerit *B^b* 21 eciam *B^bC*; *A*, sed si int. lin. superscripsit aliquis et si *D* ut *B^b* 23 recorditer *B^b* 24 triumphum correxit *B^b* triumphum *C*

14 Joh. 21, 15 sqq. hunc locum in Aug. sermonibus sollerter quaesivi, sed ubi extet non inventi; fortasse in mente habet JW Opp. 700 sqq. 22 v. 31

eciam vere confiteatur trinitatem amando verbo et opere
in meritum fletus amori passione mortis sequendo do-
minum et sic securus esse potest de imitacione passionis
exemplate in Cristi crucifixione, cum ter negavit Cristum,
ut Cristus sibi predixerat ante mortem. prophecia enim
de malo evidenter completa infallibiliter signat pro-
pheticam de bono, ad cuius complectionem Cristus est
pronior. sicut igitur presumptuose promisit, quod
moreretur pro capite, ita gracia capitis exigit, quod
primo pasceret eciam eum in corpore ecclesie et postea
moreretur pro eo in signum dilectionis complete, ut
exponit Augustinus in De Verbis Domini sermone cen-
tesimo tricesimo octavo.

unde quia oppositorum eadem est disciplina, postea
describit iste sanctus malos pastores sub autoritate
apostoli, prima Thym. tertio, ut cognoscendo utrosque
bonis adhereamus et malos caveamus. 'qui', inquit, 'hoc
animo pascunt oves Christi, ut suas velint esse, non Christi,
se convincunt amare non Christum vel gloriandi vel
dominandi vel acquirendi cupiditate vel non obediendi
et subveniendi et deo placendi caritate'.

*Love of Christ
the first thing
required of the
priest* contra hos igitur vigilat tociens inculcata ista vox
Christi, quos apostolus gemit sua querere, non que Iesu
Christi. nam quid est aliud: si diligis me, pasce oves

1 eciam *ACD* est *B^b* confessurus *B^b* 2 amari
B^bD 4 ter *ACD* eciam *B^b* 5 propheta *B^b*
7 propheticam adi (*utrumque expunctum*) complectionem *A*
9 exigit *D* 12 centesimo tricesimo octavo *scripsi ordinem*
Maurinorum observans XLIX^o codd. 14 *A¹* in
marg. infer. cum signo marg.: Condiciones malorum pastorum
eadem in breviatura inusitata *B^b*, addidit in distincta scri-
ptura *B¹* in marg. 16 utrumque (?) *B^b* 20 cupiditi-
tatem *D* vel *CD*, superscr. int. lin. *A* om. *B^b*, in textu *A*
non om. *D*; *C*, sed *C²* add. in marg. 21 et *AB^bC*
vel *D* 22 ista superscr. *A* om. *C*, superscr. *C²*
illa 23 quos *ACD* quid est quod *B^b* genuit
expuncta parte postrema litterae u *B^b*; *quid legi voluerit*
haud scio 24 est: explicit fol. 372 cod. *B*; in marg.
infer. *B^b* *glossavit* quia trina vice Petrus recorditer negavit
deum suum, ideo trina vice confessus est trinitatem amando.

12 cf. Opp. tom. VII 671 sqq.
24 cf. Joh. 2116

23 cf. Phil. 221

meas, quam si diceretur: si me diligis, non te pascere cogita, sed oves meas sicut meas pasce, non sicut tuas, et gloriā meā in eis quere, non tuam, dominium meum, non tuum, lucra mea, non tua, ne sis in eorum societate, qui pertinent ad temporalia, periculose se ipsos fol. 74d amantes et cetera, || que huic malorum vicio connectuntur.

cum enim dixisset apostolus: erunt homines se *The bad priest characterised*
ipsos amantes, secutus adiunxit: amatores pecunie,
elati, superbi, blasfemi, parentibus non obe-
dientes, ingrati, scelesti, irreligiosi, sine affec-
tione, detractores, incontinentes, inmites, sine
benignitate, proditores, procaces, ceci, volu-
ptatum amatores magis quam dei, habentes spe-
ciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.
et post declarat iste sanctus, quomodo dicte decem novem
filie de noverca amoris proprietari et respectu bonorum
comunium pululant monstruose.

his omnibus malis, inquit, ab eo velut fonte ma-
nantibus, quod primum posuit, se ipsos amantes,
merito ter dicitur Petro: amas me, non te. cum enim
Petrus sit procurator tocius ecclesie, cui Cristus dedit
potestatem clavum, in Petro figurante totam ecclesiam,
ut patet in De Verbis Domini sermone centesimo tri-
cesimo octavo et Super Joh. sermone ultimo, manifestum
est, quod tota ecclesia debet ad doctrinam istam atten-
dere. ‘non igitur’, inquit Augustinus, ‘nos, sed ipsum
amemus, et in pascendis ovibus ea, que sunt eius, non
ea, que sunt nostra, queramus’. et quia ista doctrina
videtur irrationabilis, difficilis et obscura, ideo subiungit

verbo et opere et in sequendo deum passionem mortis, quod in-
nuitur in trina interrogacione ista: Petre amas me? 1 dice-
retur, si me diligis *om. C, sed add. in marg. C²* diceretur
om. D me *om. D* 5 que *CD* tempora *B^b*
periculosa *B^bD* 7 enim *corr. A* 12 cecati *B^b*
15 19em *AB^bD* illius *C* 23 *XLIX^o codd. cuncti*
26 ipsum *AB^b* corr. *D* cristum *C* 27 pascendum (?) *B^b*
eius ea *B^b* 29 subiunxit *B^b*

7 II. Tim. 3, sqq. 20 cf. Joh. 21, 15, sqq. 23 cf.
Opp. tom. VII 672 sqq.; cf. de eadem materia VII 19, 240;
VIII 1681; 1195 24 cf. ibid. VII 702 26 cf. ibid. 672
(res, non verba)

True and false
love of Christ

iste sanctus conclusionem suam sentenciam declarantem: 'nescio', inquit, 'quo inexplicabili modo quisquis se ipsum, non deum amat, non se amat, et quisquis deum, non se ipsum amat, ipse se amat'. loquitur enim iste sanctus more scripture de amore supereminenti, qui 5 distincius et affectuosius diffunditur in amatum, ad quem sensum amor proprietarius in scriptura despicitur et amor dei ac rerum communium commendatur. amor autem accessorius ad istum vocatur nunc non amor, nunc odium et nunc amor, quia dileccio secundaria 10 equivoce dicitur amor respectu primarie.

et ad istum sensum alias exposui hoc dictum Cristi Joh. duodecimo: qui amat animam suam, perdet eam, et patet evidencia Augustini: 'qui', inquit, 'non potest vivere de se, moritur utique amando se. non 15 igitur se amat, qui, ut vivat, se amat, si vero ille diligatur, de quo vivitur, non se diligendo magis diligit, qui propterea se non diligit, ut eum diligat, de quo vivit'. qui, inquam, non intelligit nec acceptat, quomodo aliquis est amor primarius et aliquis secundarius, aliquis verus, 20 aliquis nuncupatus? et hoc satis equivoce erit expers istius scripture et sanctorum doctorum.

detecta igitur ista equivocatione pro pugnis verborum, in quibus gloriantur languentes sophiste, ut sua stulticia detegatur, notemus expositionem sancti doctoris 25 de illis viginti condicionibus pseudorectoris, ut emendemus nos, dum sumus aliquo vel || aliquibus maculati. fol. 75a non sint, inquit, se ipsos amantes, qui pascunt

1 *D⁵ in marg.*: Nota equivocationem amoris
quod *A¹* addito quis in *marg.* in quisquis emendavit
5 supereminenti et qui affectuosius *B²* 10 contraria (linea
obducta delet.) secundaria *A* 12 *A¹ in marg.*: Nota
16 si *A* cum *D*, (? tum) *B^bC* 18 se om. *A* ut *B^bCD*
nec *A* 19 inquit *D* 21 et aliquis *B^bC* nuncu-
pativus *CD* 26 pseudorectoris *B^b*

12 hanc expositionem JW*i* de 'amore proprio' me non
invenisse aegre fero; indices et rerum et locorum Scripturae
Sacrae, ab editoribus multo cum sudore confecti, me desti-
tuerunt 13 v. 25 14 verba ipsa Aug. in textu scripta,
et libro et capite in incerto relictis, nusquam in illius libris
inveni, sed de re illum accurate agere invenies Opp. VIII
(Serm. CCCLXVIII) pag. 146*s*

oves Cristi, ne tanquam suas, non tanquam ipsius eas pascant et velint ex eis sua lucra querere, sicut amatores pecunie, vel eis dominari, sicut elati, vel gloriari de hominibus, quos ab eis sumunt, sicut superbi, vel in tantum progredi, ut eciam hereses faciant, sicut blasfemi; nec cedant sanctis patribus sicut parentibus non obedientes, et eis, qui eo scorrigeret volunt, mala pro bonis reddant sicut ingratii, nec interficiant animas et suas et alienas sicut scelesti, nec materna ecclesie viscera dissipent sicut irreligiosi, non compaciantur infirmis sicut sine affeccione, famam sanctorum maculare conentur sicut detractores, cupiditates pessimas non refrenent sicut incontinentes, exerceant lites sicut inmites, nesciant subvenire sicut sine benignitate, indicent inimicis piorum, que occultanda cognoverunt, sicut proditores, humanam verecundiam inverecunda exagitacione perturbent sicut procaces, non intelligent neque loquuntur, neque de quibus affirmant sicut cecati, leticias carnales spiritualibus gaudiis anteponant sicut voluptatum amatores magis quam dei.

*How St. Paul
describes the
false priest*

si, inquam, ista peccata iam regnant inter pastores, iam instant tempora periculosa, que prophetavit apostolus. 'ideo', inquit Augustinus, 'maxime cavendum est pascentibus oves Cristi, ne sua querentes in usus cupiditatibus conferant, pro quibus sangvis fusus est Cristi'.

et patet in parte, quomodo tam directe quam ex opposito cognosci debeat verus pastor.

utilitatem autem huius noticie concludit apostolus, cum post talem descripcionem subiungit finaliter: hos

5 ut <i>ACD</i>	vel <i>B^b</i>	sicut <i>om. B^b</i>	7 et <i>om. B^b</i>
corripere <i>B^b</i>	reddentes <i>B^b</i>	9 nec <i>om. B^b</i>	13 exer-
ciant <i>B^b</i>	15 inimicis <i>B^bC</i>	in istis <i>AD</i>	17 inver-
<i>B^b</i>	19 gaudiis <i>om. B^b</i>	24 suas <i>B^b</i>	29 talem <i>AB^bC</i>
sub (<i>expunctum</i>) <i>D</i> , sed <i>idem in marg.</i> talem <i>emendavit</i>			

23 verba ipsa Augustini supra laudata, et libro et capitulo in incerto relictis, in illius operibus nusquam inveni; sed respicere JW. videtur ad ea, quae Augustinus de pastoribus male oves pascentibus variis locis profert, cf. ex. gr. Opp. VII (Serm. XLVI De Pastoribus) In Ezechiel. 34 pag. 227 in fine: Quid ergo isti increpatur, unde arguuntur? Quia cum lac consumerent et lanis se tegerent, oves negligebant. Sua ergo tantum quaerebant sqq.; ibid. 225—226; 669; 672

devita. ideo, cum hoc debet quilibet cristianus, tradidit Cristus Matth. septimo regulam cognoscendi: a fructibus, inquit, eorum cognoscetis eos.

CAPITULUM VICESIMUM TERCIUM.

*Epilogue: how
is the pseudo-
priest recogni-
sed*

Restat epilogando superaddere signa aliqua ex scripturis, per que possumus pseudopastores cognoscere, cum apostolus precipit huiusmodi devitare.

in quo processu necesse est, cavere mendacium et personarum acceptionem, regulam pastoris summi, quantum possumus, imitando. 10

*Wyclif gives
his argument,
careful never to
tell a lie and
without regard
of person*

debet autem professor scripture et per consequens veritatis declinare mendacium tanquam fidei contrarium, quia veritati prime, cui, in quantum quis obligatur, tenetur falsitatem et per consequens mendacium detestari. unde Augustinus in De Verbis Domini ¹⁵ sermone centesimo tricesimo octavo dicit, quod mali pastores, qui fecerunt bona de genere, ut prophetizando vel predicando, extra caritatem non presumunt fol. 75b || mentiri in die iudicii. ‘non’, inquit, ‘in comitatu tanti iudicis mentiri audebunt’, et per consequens, cum nemo potest mentiri 20

1 tradit *B^bCD* 3 inquit *ACD* 5 enim *B^b*
 cap. 23^m in fine lineae ultimae cap. A; sequitur uiclich
 (? utrum sit vicilph an vox quaedam bohemica incertus
 sum; aliquis atramento usus lineam per voculam miniatam
 duxit, ut vix legi possit); tum sequitur locus rasus haud
 magnus 4 hic reddit prima manus *B^a*, cf. supra pag. 181;
 pergit una linea et dimidia vacuis relictis abhinc usque ad
 fol. 378; lectiones cuius, quippe quae mendosissima esse
 pergit, iam hinc notare omissam, ubi ad vera scriptoris
 verba restituenda mihi inutiles videntur; eadem de causa
 correcturas huius, quae frequentissime negligenciam librarii
 (*B^a*) sanare nituntur, non notabo 6 *D* in marg.
 cam 22^m 5 epylogando *B^a* 12 prime cui
 utrumque corredit *B^a*, iteravit in marg. *B¹* 15 centesimo
 tricesimo octavo emendavi ex L^o, quod codd. omnes exhibent
 17 presumant *D*; *C*, sed *C²* expunxit a et superscripsit e
A¹ in marg. infer. fol. 75^a notavit doctor non debet men-
 tiri in marg. super. fol. 75^b pastores non debent mentiri
 et debent uniri Christo 18 communitatu (?) *AD*

2 v. 20
 VII 672

7 cf. II Tim. 35

15 cf. Opp. tom.

nisi in conspectu inmense veritatis, quilibet perhorreret mentiri, et specialiter pastor, qui non potest vere pas- cere, nisi fuerit in pastore primo, in quo non potest fore est et non dupliciter.

5 ideo dicit Augustinus, quod Cristus, Joh. decimo di- cendo: *ego sum pastor bonus, comendat omnes pastores bonos, qui non nisi imitacione et concorpora- cione sui sunt pastores boni.* ‘*ego*’, inquit, ‘*unus sum, mecum omnes in unitate unum sunt*’. idéo necesse est,

10 canes huius pastoris dicere illud Cant. primo: in- dica mihi, ubi pascas, ubi cubas in meridie. ‘*qui*’, inquit, ‘*extra te pascit, contra te pascit, quia Matth. duodecimo dicitur: qui non est mecum, contra me est, et cum doctrina Christi sit ipse Cristus, ut patet*

15 Joh. septimo: *doctrina mea non est mea, sed eius, qui misit me, quia sponsus pascit in doctrina scri- pturae et cubat in fervore et splendore caritatis atque sciencie.* qui igitur non pascunt in ista unitate, eis di- citur: *exi et pasce edos tuos.* et eis dicetur in finali

20 iudicio: *amen, dico vobis, nescio vos esse de ecclesia, licet tamquam socii Sampsonis simul edistis, sed tamquam mercenarii sive fures magnificastis supplantacionem et mendacium super sponsum, et tamen sponsus, qui non potest in se approbare mendacium, non potest disponere*

25 ipsum, *ut sit medium ad fraudandum membra sua, cum satis copiose ordinat media veritatis ad declinandum a malo mendacii et appropinquando fonti sapientie, qui est dominus veritatis.*

et hinc dicit Augustinus in De Utilitate Credendi,

30 *quod oportet unum dari ex tribus, aut quod nulli est*

*The good
shepherd leads
his flock in the
spirit of truth
to the com-
munion with
Christ*

10 horum pastorum *C*, *sed prima manus cum sig. marg. addidit in marg.* vel huius pastoris, *ut canes vel huius pastoris legi voluisse videatur* 11 cubes *B^a* 15 sed eius, qui misit me *om. B^a*, *sed B² in marg. addidit* 16 quia *ACD* patet quod *B^a* 22 magnificastis *A*, *omisso ni* 20 aut quod nulli est credendum *om. D*, *addidit in marg. D¹*

5 cf. *ibid. 673 (Sermo CXXXVIII)* v. 12 10 v. 7
 13 v. 30 15 v. 16 19 cf. *Cant. 18* 20 cf.
Matth. 25 12 29 cf. *Opp. tom. X pag. 70 sqq. (res, non
verba)*

credendum, aut quod credendum est illi, qui debet mentiri, aut illi, qui non debet mentiri. primum est execrabile, secundum est insanum dicere, igitur tertium est dandum. si enim debo credere mendacio iocoso vel sic mentiri, cum possum inducere omne genus mendacii ut iocosum, debo plene mentiri, et per idem quilibet, et sic nulli foret credendum, ut patet superius.

stabilita igitur regula declinandi mendacium, quod est oleum peccatoris, notandum, quod pertinet professori scripture sine personarum accepctione comendare amicos ecclesie et eius hostes vel modeste corripere vel aliter incorrigibiles patenter arguere. sic enim fecit Cristus cum sacerdotibus et pharizeis, Johannes cum Herode et omnes martyres cum induratis inimicis eccliesie.

*Description of
hirelings: they
shear the sheep,
but do not lead
them to green
pastures*

sunt, inquam, quatuor gradus vocatorum pastorum ecclesie, quidam re et nomine ut veri pastores, quidam vero solo nomine; et istorum est trimembris divisio.

quidam enim predican et faciunt pastoris officium quoad genus, sed tamen faciunt hoc principaliter propter famam seculi sive lucrum. et hos vocat Augustinus mercenarios.

secundi autem omnino non faciunt pastoris officium nec inferunt ovibus || sensibile nocumentum, quia, cum ex pretensione dignitatis rapiunt bona pauperum a subiectis, vocantur a Christo fures et latrones.

tercii vero sine recompensacione nedum patenter rapiunt bona pauperum, sed more luporum invadunt

2 illi qui C, *in rasura A* *iustus B^aD* 9 est
 quod D *A¹ in marg. miniativit nota* professori
primam sillabam corr. B^a, addidit B¹ in marg. pro 16 D⁵
in marg.: quatuor gradus pastorum 19 enim A, *correxit D*
vero C om. B^a, sed B² in marg. add. enim 21 lu-
cra B^a 23 omnino om. B^a, *add. in marg. B²* 24 A¹
in marg. infer. fol. 75^b: quatuor gradus pastorum vocatorum
in marg. supremo fol. 75^c: super illo ewangelio: Ego sum
 pastor bonus. *paulo inferius:* pastores quomodo debent pascere
 cum AB^a tum C tamen D 28 incadunt AB^a

7 cf. supra pag. 29
 26 cf. Matth. 23,13 sqq.; 7,15

13 cf. Matth. 23,2 sqq.; 14,

subditos et multipliciter provocant ad peccata. et hii sunt lupi rapaces, sicut omnes tres manes publice vel occulte, ut patet Matth. septimo: attendite, inquit, a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. a fructibus eorum cognoscetis eos. pastor autem intrat in officium per ostium, quod est Christus, cum gratia humiliter serviendi deo et sue ecclesie et non gratia lucri terreni vel mundialis excellencie intrat ^{eo} istud officium.

ille autem minat oves per viam, que dicit ad celum, exemplo sancte conversationis, sanat maculosos per appositionem sacramentalis medicacionis, pascit famelicos per ministracionem sancte predicationis et demum potat sitibundos per detectionem sapientie, scripture apponendo lectionem sacre expositionis.

hoc enim figurarunt patriarche, pastores ovium, deponentes saxum de puteo, ut patet Gen. undetricesimo et notat Augustinus. hii, trimembri tripos, super quo sathan insidet sinagoge, signantur per scribas et phariseos, Matth. vicesimo tertio, dum dicitur: super cathedram Moysi sederunt scribe et pharizei; que dicunt vobis, facite, secundum opera eorum nolite facere. dicunt enim et non faciunt. et hoc egregie exponit Augustinus in De Verbis Domini sermone centesimo trigesimo septimo: 'se', inquit,

*The true
pastor refreshes
the thirsty with
the clear
waters of the
Gospel*

1 subditos *in corr. B^a, sed B¹ in marg. addidit* iectos,
ut eum subiectos *maluisse arbitrer* 9 *D⁵ in marg.:*
triplex officium pa, quae sequebantur abscissa sunt 10 illud
B^dC 13 medicaminis C 19 Augustinus, *sequitur lacuna*
in cunctis codd. quos *B^aC* 20 sathan *B^a* diabolus C
signantur CD A¹ *in marg. super. cum sig. marg.:*
Super cathedram Moy(si) sederunt etc. 22 Moisy C
25 hoc egregie omisit in textu, postea in margine ad-
scripsit D D⁵ *in marg.: Augustinus* verbis B^aCD
26 centesimo trigesimo septimo emendavi ex XLIX^o, quod
codd. cuncti exhibent se C, A¹ *in marg.* que D,
correxit B^a, expunxit et addito in marg. se sanavit A

3 v. 15 sqq. 7 cf. Joh. 107 13 famelicus: *qui*
fame premitur, esuriens 18 v. 3 21 v. 2—3 25 cf.
Opp. tom. VII 666

signavit Cristus in persona Moysi, qui ponebat velum ante oculos suos, quando loquebatur ad populum, quia, quamdiu in lege carnalibus gaudiis et voluptatibus dediti erant et regnum terrenum querebant, velamen erat possum in faciem eorum, ne viderent Cristum in scripturis, sed posteaquam passus est dominus, visa sunt secreta templi. ideo cum in cruce suspensus esset, velum templi scissum est a summo usque deorsum, et aperte dicit apostolus secunda Cor. tertio⁵.

cum autem tales erant futuri in ecclesia, qui plus inhiabant temporalibus quam spiritualibus, non obstante, quod pretendant, se gerere vicem Christi,

*Christ calls the
Pharisees and
Scribes
hirelings:*

qui in despectum temporalium pauperem vitam vixit, et demum nude crucifixus est, manifestum est, quod Cristus figuravit eos per scribas et pharizeos, eos punctatim in moribus imitantes. ‘audivi’, inquit Augustinus, ‘clericos quosdam malos, quando audiunt, quod in ipsos dicitur, nec possunt delere literam de ewangelio, querunt pervertere istam sentenciam, sed non possunt’, cum non per detestacionem fuge pharizeorum et sinagoge doceret turbam laicalem sue ecclesie pastores malos effugere. ‘laicus’, inquit, ‘cum wlt bene vivere, cum attendit clericum malum, quid sibi dicet? dominus dixit: que dicunt, facite, que faciunt, nolite facere. ambulem viam domini, non sequar eius mores, audiam ab illo, non verbum illius, sed dei; sequar deum, sequatur ipse cupiditatem suam, quia, si voluero aput deum sic me defendere, ut dicam: domine, vidi male || viventem illum clericum tuum, ideo male vixi: nonne dicturus est

1 ponebant *A* 7 *A¹* in marg. *notavit* velum templi scissum est 16 *D⁵* in marg. *addidit* contra perversores sensus non om. *B^a* 21 et om. *B^a* 23 attendat quid *C* 24 dicunt *correxit B^a, iteravit in marg. B¹* 25 loquar *D* 26 verbum illius *AC* verba ipsius *B^a* verbi illius *D* 28 video *B^aD* *B²* in marg. *sine sig. marg.* Roma *vocis* viventem *primum v librarius quasi ludo exornavit tenui lineola, ut facies hominis efficiatur* *A¹* in marg. *infer.* fol. 75c: contra avarum clerum et male vitam exemplantem

1 cf. Ex. 34,33 8 cf. Matth. 27,51 9 v. 9 sqq.
16 cf. ibid. 667 (*Sermo CXXXVII*); sed verba Augustini foede negligit scriptor

michi: serve nequam, non a me audieras: que dicunt, facite, que faciunt, nolite facere?

malus autem et laicus infidelis, non pertinens ad gregem Cristi nec ad eius frumentum, qui tamquam palea in area tolleratur, quid sibi dicit, quando ceperit illum arguere verbum dei? exi, quid michi loqueris? ipsi episcopi, ipsi clerici non illud faciunt, et me cogis, ut faciam? querit sibi non patronum ad causam malam, sed comitem ad penam. nam non eum defensurus est in die iudicii, quemcunque malum voluerit imitari. quomodo enim diabolus omnes, quos seducit, non eos seducit, cum quibus regnet, sed cum quibus dampnetur, sic omnes, qui sequntur malos, querunt sibi comites ad iehennam, non patrocinia ad regnum. pervertunt autem isti hanc sentenciam Cristi. dictum est, inquiunt, vobis, que dicimus, faciatis, que autem facimus, non faciat. nos enim offerimus sacrificium, quod vobis non licet'. sed ista versicia mercenariorum per dictum Cristi sequens obtunditur. 'dicunt', inquit, 'et non faciunt. si de sacrificio diceretur, de offerentibus diceretur: dicunt et faciunt, cum offerentes opus faciunt'.

ideo sequitur exposicio sentencie: 'alligant onera gravia et importabilia et imponunt ea super cervices hominum, que ipsi uno digito nolunt tangere'. 'tales', inquit, 'perversores divine sentencie ostendunt, quod querunt in ecclesia lucra sua'. tales revera habet ecclesia preter Judeos, de quibus Cristus dicit Matth. septimo: non omnis, qui dicit michi domine, domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem patris mei. et addidit: multi michi dicent: domine, domine, nonne in nomine tuo

3 et C, om. DB^a; A, sed in marg. add. A¹ 5 qui B^a
 14 patrocinia in exitu corr. A 16 autem que B^a, sed
 lin. superscriptis in que autem mutatum autem om. D,
 add. in marg. D⁵ 21 efferentes A 23 et CD, int.
 lin. superscr. A om. AB^a 27 preter om. D, add. in
 marg. prima manus 29 faciunt in corr. B^a

19 cf. ibid. pag. 667 in fine 22 cf. ibidem cf. Matth. 23,4
 25 cf. ibid. VII 668 28 v. 21 30 v. 22

prophetavimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus, et in nomine tuo manducavimus et bibimus¹, ubi manifeste dicitur de habentibus nomen Cristi. sed sequitur: 'tunc dicam illis: nunquam vos cognovi. illos autem gemit apostolus dicens, quod s anunciant ewangelium non recte, nam rem rectam anunciant indirecte, cum non querunt caste in ecclesia sponsum suum. nam uxor amans maritum suum, quia

They seek their own honour, not Christ's; therefore they do not truly belong to the Church

dives est, non illum diligit, sed pocius aurum suum'. sic qui diligit prelaciam vel eius officium propter questum² vel fastum, non Cristum diligit, sed se ipsum. et ideo notat Augustinus, quomodo verus pastor dicitur intrare per ostium, quia, 'cum ecclesia sit fundata supra petram centraliter humilimam, oportet intrantem per hoc ostium esse humiliorem, quam fuerat extra domum. ille autem,³ qui procurat propter voluptatem aut cupiditatem et non propter utilitatem ecclesie in ipsa preesse, dicitur ascendere aliunde'.

ex istis dictis patet primo, quomodo malus prepositus non est de ecclesia, cum laicus per eum seductus⁴ secundum Augustinum permittitur esse in area non frumentum, sed palea. numquid diabolus seductor deo obligacior et in peccato multiplicior erit de Cristi || familia et seductus suus minus sceleratus erit palea⁵ fol. 76^a comburenda?

patet secundo, quod, si mercenarius in ecclesia non obstante opere bono de genere sit dampnatus, multo magis vacans ab opere bono et furtive spoliens pauperes, cum sit membris Cristi molestior. ideo dicit Augustinus:

They keep the flock from Christ,

1 tuo om. *B^a*, inter lin. addidit prima manus vel *B^b*
 2 tuo om. *A*, add. in marg. *A¹* 5 autem *AB^a* enim *CD*
 8 suum om. *B^a*; *A*, sed in marg. addidit *A¹* 16 voluptatem aut cupiditatem *AB^a* cupiditatem aut propter voluptatem *CD* 19 *B^b* in marg. sine sig. marg.: ut ideo.
 sed ad quem locum textus haec duo referri velii, haud scio
 21 esse om. *B^a*, int. lin. addidit *B^b* 25 *A¹* in marg.
 super. fol. 76^a: contra malos pastores

4 v. 23 12 cf. Opp. tom. VII 671 (Sermo CXXXVIII); 137; 664—665 29 cf. ibid. VII 655

'diligendus est pastor, tollerandus mercenarius, sed ca-vendus est latro'.

patet tertio, quod contingit male bonum facere et e contra patet de pharizeis, qui extra caritatem predican s legem Cristi, ut Augustinus diffuse declarat sermone centesimo tricesimo octavo ex illo apostoli, prima Cor. tercio decimo: si ligw^s hominum loquar etc. 'magna', inquit, 'res est fides, qua montes transferuntur, sed si ego sine caritate hanc habeam, non illa, sed ego zo nichil sum'. sed sermone quadragesimo nono obicit per illud Matth. septimo: numquid colligunt de spinis uvas? ex quo videtur, quod pharizeus prepositus non dat botrum divine sapiencie, et respondet, quod, sicut vitis inserens se in sepem spinosam expandensque z5 palmites suos facit botrum in spinis pendentem, sic vitis Cristus involvens prepositos tam spinis temporalium quam carduo carnalium transformatos, de quanto seden super cathedram Moysi, facit botros. illi autem non faciunt ut fructum suum, sed vitis eos onerans ad por-20 tandum'.

et sic, licet dicant vel ferant fructum, non tamen de illis colligitur, sed de vite. illi enim continue nocent sibi ipsis et suis sodalibus, sicut continue prosunt bonis, dicente Augustino in libro De Agone Cristiano quarto: 25 'quicunque mali sunt, sic ordinati sunt, quod unusquisque sibi et omnes invicem sibi nocent. hoc enim appetunt, quod perniciose diligitur'.

⁵ *D^s* in marg.: Augustinus 6 centesimo tricesimo
octavo emendavi ex XL^o, quod cuncti exhibent codd. 9 habe-
am: *incipit* fol. 379 cod. B; iam inde pergit nova manus
(B') simillima ei, quae primam partem tractatus (fol. 1—361
et fol. 374—378) scripsit 13 respondit B^c 22 enim
om. B^c, inter lin. addidit B² 23 libro om. CD; B^c,
sed addidit in marg. B² 24 A¹ in marg. infer. cum
sig. marg.: de comunicacione reproborum et communicacione
sanctorum <sup>D^s in marg.: Nota de communicacione bonorum
et malorum, paulo inferiorius Augustinus 25 quod AB^c
ut CD 27 pernicio B^c, postea add. aliquis se</sup>

⁵ cf. *ibid.* 672 ⁷ v. 1 ⁸ v. 2 ¹⁰ cf. *ibid.* 670
11 v. 16 12 cf. *Matth.* 23,2 24 cf. *Opp. tom.* XI 637

*because they
love neither
Him, nor
them*

et quoad secundam partem patet per illud Rom. octavo: timentibus deum omnia cooperantur in bonum. predestinatis enim prosunt peccata propria et aliena et multo magis virtutes et bona de genere. ideo signanter adiungit apostolus: hiis, qui secundum propositum vocati sunt sancti. prescitis autem nocent omnia mala et prosunt bona, dum sunt in gratia, ad mitigationem pene vel bonum aliquod temporale, ut ostenditur vicesimo quinto capitulo libri quinti.

*Only those who
love God and
follow Christ
are called to
glory*

evidencia autem vocacionis ad gloriam secundum propositum dei eternum est preponderans dileccio eter-norum et efficacia sequendi Cristum. unde signanter dicitur hiis, qui secundum propositum vocati sunt sancti, et istas veritates de comunione sanctorum ac comunicacione reproborum, nec non et quod peccans mortaliter ut sic nocet sibi ipsi, quidquid fecerit, assumpsi sepe tanquam principia.

unde beatus Ysidorus cap. tricesimo septimo libri

¹ terciam *B^c* ⁵ qui *om. B^c*, add. in *marg. B²*
 10 *D⁵* in *marg.*: evidencia predestinacionis ¹⁸ *D¹* in
marg. notavit Ysidorus de bene docente et male vivente

² v. 28 ⁵ cf. *ibid. v. 28* ⁹ cf. *De Civ. Dom.*,
quod Loserthius modo (1903) in lucem edidit, lib. III pag.
71 sqq.; cf. etiam De Ecclesia cap. III pag. 58, ubi rem tangit,
neglectis verbis supra scriptis ¹³ *Rom. 8.28* ¹⁶ cf. e. g.
De Ecclesia cap. IV pag. 77: et idem videtur quod, sicut pre-
destinatus in quantumcunque magno mortali sqq. cf. ibid.
pag. 75: et si obicitur per hoc, quod prescitus existens in ca-
ritate sqq.; ibid. cap. XIX pag. 440: et nullo modo verificatur
ista de numero prescitorum, quantumcunque magna sanctitate
ad tempus appareat prepollere sqq.; ibid. cap. VI pag. 138—142,
ubi accurate et subtiliter de propositione supra facta disputat:
unde non credo, quemquam posse etc.; et saepe alibi ¹⁸ *Isi-*
dorus, Hispalensis, stirpe Gothica, Carthagin. provinc. genitus
ca. anno 560, episc. Hispalensis eccles., ‘paucis superiorum
*saeculorum inferior’ ‘incomparabili eloquio clarus’ diem
 obiit a. 636. editiones opp. Isid. hactenus exstant cura Margarini Bignaei, Paris. 1580; longe melior Jo. Griali, Ma-*
dritensis 1599; Jac. Breuli, Paris. 1601; recusa Colon. 1617
et F. Arevali Romae 1802, cuius ordinem et librorum et
capitum ego sequare

tercii De Summo Bono sic loquitur: 'interdum doctoris vicio eciam ipsa verax doctrina vilescit, et qui non vivit, sicut docet, ipsam, quam predicit, veritatem, contemptibilem facit. arcus perversus est ligwa magistrorum bene docencium et male vivencium. et ideo quasi ex fol.76^b perverso arcu sagittam || emittunt, dum suam pravam vitam proprie ligwe ictu confodunt. qui bene docet et male vivit, tamquam es aut *cimbalum* sonum facit aliis, ipse tamen sibi manet insensualis, qui bene docet et male vivit, quod docet bene, viventibus proficit; quod vero male vivit, se ipsum occidit. sicut sacerdos, qui digne se agit ut sacerdotem, docet ministerium eius et sibi et aliis utile est. indigne autem vivens aliis utilis est loquendo, se autem interficit male vivendo. ac per hoc, quod in eo mortuum est, proprium eius est, quod vero vivit in eo, id est, sacrum ministerium, ab eo alienum est. qui bene docet et male vivit, videtur ut cereus, qui aliis novit lucem exponere, se vero in malis suis consumere atque extigwero. qui bene docet et male vivit, videtur bonum malo coniungere, lucem tenebris permiscere, veritatem mendacio imitare'.

quotlibet sunt testimonia sanctorum eliciendum ex scriptura, quod oportet curatum esse doctorem subditorum, et quod doctrina sibi nocet et minus utilis est aliis, nisi in persona propria bene vivat.

oportet autem, quod nec fastu nec questu nec zelo presit ovibus, sed humilitate, paupertate et caritate ministret illis pastum anime.

unde Augustinus super Joh. De Verbis Domini, ser-

True worship
is in humility,
self-denial and
love, not in
haughty and
zealous
ambitions

1 doctores *D* 4 magistrorum *AB^cC* *perv-*
sorum D 6 *A¹* in marg. super. fol. 76^b *notavit* Contra
malos predicatorum et pastores 8 'cimbalum' scripsi
symbolum *AB^c* simbolum *CD* 9 insensibilis *A*
10 quid *B^c* 13 utile (?) *B^cC*

1 cf. S. Isidori, *Opp. omnia rec. Faust. Arevalo, denuo corr. et aucta auctor. Franc. Lorenzanae, Presbyt. Card. Romae 1802, vol. VI 325* 17 cereus = fax incerata
29 cf. *Opp. tom. VII 671*

mone centesimo tricesimo septimo sic alloquitur plebem suam: 'pertinenter ad curam nostram ut rationem bonam de vobis reddamus', et sequitur: 'domine, tu scis, quia non tacui, scis, quo animo dixi, scis, quia flevi tibi, cum dicerem et non audirer'. et utinam nos pastores possemus dicere professionem huiusmodi! nonne dicit apostolus cuiilibet curato in secunda Thym. quarto: argue, obsecra, increpa in omni pacienza et doctrina? unde si auderem loqui, audacter assererem, quod sacerdotes, qui vicem non gererent Cristi et apostolorum, sint sancte ecclesie et per consequens regnorum pessimi proditores et per consequens infideli deteriores.

I boldly say
that these false
priests are
traitors to the
Church;

pro cuius declaracione suppono ex fide, quod infinitum magis sit prodere corpus et animam ad dampnationem perpetuam, quam tantum ad penam temporalem prodere nudum corpus. patet ex hoc, quod res prodita est sic preciosior et pena est sic gravior, nec non et thezaurus, de quo prodit, est sic valencior.

for, bound to
protect their
people, they on
the contrary
betray them by
keeping silence,
by word or
deed

secundo suppono, quod obligatus tam ex lege dei quam ex lege ecclesie ad hostes sui populi expugnandum, ad pericula pronunciandum, ad secure minandum et ad sanctum exercitum debite confortandum sub specie obligationis faciens omnino oppositum ut sic prodit populum, cui est taliter obligatus. si enim dux corporalis exercitus in hora conflictus adiungitur hostibus impetens crudeliter in populum, cui preest, vel secundo videns periculum ex insultu hostium inminere, tacet vel celat periculum, vel tertio, ubi duceret per viam securam ineptam invasioni hostium, dicit populum suum per

1 centesimo tricesimo septimo emendavi ex XLIX^o, quod
cuncti codd. legunt 2 D⁵ in marg.: Augustinus
nostram correxit B^c 7 in thy^a thy 4^o A in thy
(sequitur locus rarus) 4^o B^c in thy ad thy^m 4^o C
in thy thy (alterum thy expunctum) 4^o D 10 non om.
AB^cCD. int. lin. addidit A² (?) 11 sunt B^cD sancte
om. CD; AB^c, sed addiderunt in marg. A¹B² 13 cuius
radendo correxit B^c 22 sanctum C, correxit A suum B^cD
25 adiungeretur CD coniungeretur B^c

viam difficilem, in qua patet insuperabilis insultus hostium, quartoque privat exercitum suum stipendiis, armis, pastu et cura alia ducatui pertinenti, nonne quilibet secundum rationem sensibilem diceret, quod talis fol. 76c 5 capitaneus prodit || populum, cui preest? nec dubium, quin spiritualis prodicio in mercenario faciente malum istis quatuor correspondens sit quodammodo infinite preponderans, et per consequens est a rege omnium predicationi sue proporcionabiliter cruciandus.

20 et istam sentenciam inculcat acute Ezechiel tricesimo quarto cap. capiens tanquam suppositionem prophetatam a deo, quod ipse et per idem alii prophete dati sunt speculatores domui Israel et per locum a maiori nos sacerdotes Cristi, quibus ad hoc dedit talenta noticie, non ad reponendum in sudario, sed ad negociandum, ut reportemus lucrum tam nobis quam domino cum usura. nam pastor summus dedit nobis mandatum et exemplum expressius, instrumentum spirituale copiosius et promisit premium uberiorum, et insuper 25 nos sumus ultra prophetam nostris ordinariis iuramento corporali astricti expressius, demumque capimus de subditis stipendum corporale et uberiorum, quam cepit propheta Ezechiel vel alius veteris testamenti.

ex quibus omnibus colligitur, quod sumus obligatiores ad provide speculandum pro grege nobis credito, quam erant prophete veteris testamenti, non solum pro grege pusillo, cui singulariter presumus, et a quo elemosinas corporales accipimus, sed pro tota militante ecclesia, ubicunque plus proficere credimus matri nostre. 30 nam debitores sumus omnibus sine confusione iurisdictionis, sicut dicit apostolus, et sepe plus prodest pastor suis peculiaribus, dum intendit utilitati tocius

2 quarto patet (*hoc lin. del.*) que A 4 totis (? talis) A
21 expressius om. D, add. in marg. *prima manus* 23 Ezekiel vel alius A Ezekiel propheta vel alius CD Ezekiel vel propheta alius B^c 27 corporaliter (*expunctum*) elemosinas D 28 corporales: s in exitu vocis postea add. B^c

10 v. 11 sqq. cf. ea, quae de prophetis speculatoribus domui Israel positis et de ratione a pastoribus de oribus reddenda Augustinus egregie disputat Opp. tom. VII pag. 671
15 cf. Luc. 19, 12 sqq. 23 cf. Ezech. 34, 2–3 31 cf. Rom. 1, 14

*The prophets
as watchmen
over Israel an
example for
Christ's priests*

ovilis, quam faceret adhibendo eis singularem custodiam,
quia ex vi communionis sanctorum, quidquid plus prodest
toti ecclesie, plus prodest membris suis, et per conse-
quens, quidquid plus nocuerit vel iniuriando tardaverit
totum gregem, proporcionabiliter oberit sue parti.

*The duties and
the qualities of
a watchman*

unde quoad rationem de prodicione deo reddendam
scribitur Ezech. tricesimo tercio: factum est verbum
domini ad me dicens: fili hominis, loquere ad
filios populi mei et dices ad eos: terra cum in-
duxerit super eam gladium et intulerit populus ^{ro}
terre virum unum de novissimis suis et consti-
tuerit eum super se speculatorum et ille viderit
gladium super terram venientem et cecinit buc-
cina et anunciauerit populo, audiens autem
populus ille sonum buccine non se observa- ¹⁵
verit venerisque gladius et tulerit eum, sangwini
ipsius super caput ipsius erit, sonum buccine
audivit et non observavit. si autem se custo-
dierit, animam suam salvabit. quod si specu-
lator viderit gladium venientem et non inso- ²⁰
auerit buccina et populus non audierit veneris-
que gladius et tulerit de eis animam, ille
quidem in iniquitate sua captus est. sangwinem
autem eius de manu speculatoris requiram, non
populus terre, sed ego.

nota primo in ista parabola, quomodo speculator
erit electus per populum, qui, in quantum speculator,
erit a terrenis elevacior, ut possit videre peccati peri-
culum a remotis.

secundo debet || speculator esse de novissimis populis ^{fol. 76d}
sive intelligatur ultimus in ascendendo quoad ydonei-

6 reddenda *B^c* 7 *A¹* in marg. infer. notavit de
speculatore vel pastore quomodo se debet habere 13 ce-
cinerit *B^cC* 17 erit sonum *B^c*, sed addito quia in marg.
erit quia sonum *legi maluit B²* 28 elevacior *C*, cor-
rexit *A* elevatus in fine radendo correxit *B^c* ele-
vacione *D* videri *D*

tatem istius officii, ut scriptura loquitur Gen. quadragesimo septimo: **extremos fratrum suorum quinque viros statuit coram rege, sive intelligatur summus gradus humilitatis et spiritualis ministerii abiecta excellencia imperandi, modo quo loquitur scripture Ezech.** tricesimo quarto: **eruam eos de manu imperantium sibi.**

tercio debet speculator omnino sonare tuba iuxta illud Ysa. quinquagesimo octavo: quasi tuba exalta ¹⁰ vocem tuam et nuncia populo meo scelera eorum. unde consequenter exponit deus prophete parabolam: speculatorum te dedi domui Israel; et consequenter explicat, quomodo unusquisque de propria negligencia et propria diligencia iudicatur, ut, si speculator ¹⁵ rite tubaverit sive populus obedierit sive neglexerit, ipse ex sua diligencia premiatur. si autem ille proditorie omiserit, sive populus exinde ceciderit, sive aliunde instructus penam evaserit, negligencia speculatoris a domino punietur.

²⁰ ubi notatur, quod nec negligencia nec ignorancia nec superancia flectet hunc iudicem, quin eo severius iudicabit tales prepositum, quo ex ruina maiori peccat gravius. nam contra ruinam exaltatur cor taliter graduati, ut dicitur Prov. sexto decimo: **ruina quidem tanta** ²⁵ **requirit exaltacionem previam in ruitore.** et ideo Sap. sexto dicitur: **durum iudicium hiis, qui presunt, fiet.**

ponit autem spiritus sanctus in capitulo tricesimo

Strict judgement will be passed on him

4 adiecta <i>A</i>	14 iudicatur <i>AB^cC</i>	explicatur <i>D</i>
15 audierit <i>D</i>	16 puniatur <i>B^c</i>	autem <i>om. ACD</i> ;
<i>B^c, sed add. B² in marg.</i>	<i>20 nec negligencia nec ignorancia nec superancia A</i>	<i>nec ignorancia nec superancia B^c, sed B² add. in marg.</i>
<i>B^c, sed negligencia nec superancia C</i>	<i>nec ignorancia nec negligencia superancia nec D, sed lineis supra su. et nec positis ordinem cod. C servari voluit</i>	<i>24 quidem om. B^c</i>
<i>25 ruitore correxit B^c, sed B¹ in marg. add.</i>	<i>ruitura ruituro CD</i>	

1 v. 2	6 v. 27	9 v. 1	24 v. 18	26 v. 7; 9
28 v. 11—12				

tercio consequenter bimembrem conclusionem notabilem, prima, quod nec precedens iusticia presciti excusat eum, quin ex recidivacione dampnabitur, nec impietas predestinati necessitat, quin ex resipiscencia et perseverancia finali salvabitur.

5

*Predestination
in relation to
free will*

ideo cum utrumque istorum sit in nostra libera potestate, debemus declinare a malo et bonum facere. quare, inquit, moriemini, domus Israel? tu, inquit, filii hominis, dic ad filios populi tui: iusticia iusti non liberabit eum, in quacunque die peccaverit, et impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conversus fuerit ab impietate sua.

et patet, quod sicut prescitus est iustus secundum presentem iusticiam, sic predestinatus est iniustus secundum presentem iniusticiam, sed utrumque infinitum exceditur a iusticia et iniusticia sempiterna.

patet secundo, quod cum predestinacione et prescienza stat libertas arbitrii. aliter enim superflue horaretur: convertimini a viis vestris pessimis, et quare moriemini? cuius materia est alibi scolastice declarata.

*Man saved
through con-
version, not
through good
works*

patet tertio, quod sive speculator sive wlgus, quantumcumque diu in via peccaverit, non debet de beatitudine desperare, quia quantumcumque brevis morula continuata fine huius itineris sufficit ad conversionem et per consequens ad finalem salvacionem. ideo pastores

1 conclusionem correxit D A¹ in marg. miniavit nota in marg. infer. cum signo marg. aliqua de predestinato et prescito et libero ar (bitrio) 2 prelati B^c
 3 ex om. A, add. A¹ in marg. 7 voluntate (linea obducta deletum) potestate A potestate om. B^c 14 sicut om. B^c, add. in marg. eadem manus 15 A¹ in marg.: Nota (?) Roma iniustus A, cum superscripto impius impius B^cCD 16 utraque D, correxit C
 26 diu om. B^c

8 Ezech. 33:11–12 20 cf. ibid. 21 fortasse respicit librum suum De Ecclesia cap. III et IV, pag. 58–83, id quod terminus 'scolastice' indicare mihi videtur; sed hoc in dubio relinquo

fol.77a negligentes debent vel statum illum penitendo || deserere
vel officium pastoris diligenter in posterum exercere.

secunda conclusio, quam sepe inculcat scriptura,
est ista, quod deus non promittit homini penam vel
5 premium nisi sub condicione tacita vel expressa. patet
ex hoc, quod merces talis necessario dicitur relative
respectu meriti sive demeriti, que deus posuit in libera
hominis potestate ex conclusione proxima, igitur con-
clusio. quandocunque igitur promittitur merces a domino,
10 subintelligitur: si premium hoc requirat. ideo sequitur
in textu: et si dixerim iusto, quod sua vita vivet
et conversus a iusticia sua fecerit iniuriam,
omnes iusticie eius oblivioni tradentur et in
iniuictate sua, quam operatus est, in ipsa
15 morietur. si autem dixerim impio: morte morieris,
et egerit penitenciam a peccato suo feceritque
iudicium atque iusticiam et pignus restituerit
rapinamque reddiderit, in mandatis meis am-
bulaverit nec fecerit quidquam iniustum, vita
20 vivet et non morietur.

demonstratur autem necessitas huius condicionis
subintelligende ex hoc, quod necessario deus salvat vel
dampnat hominem secundum eius meritum finale sive
demeritum, iuncto, quod deus ponit posse sic mereri
25 vel demereri in hominis libera potestate, et patet
misericors et iustum dei iudicium. unde procedentes
ex iustis patribus vel finaliter recidivantes post vitam

*Man's merit
wrought by
God's grace in
relation to
eternal salvation*

1 statum *ACD* fastum *B^a* 3 *A¹ in marg.*
super. cum sig. marg.: deus promittit penam et premium sub
 condicione 6 necessario dicitur relative *C* necessario
(radendo correctum et expunctum) relative *A*, sed *A¹ in*
marg. sanavit locum addito necessario dicitur introducitur
 relative *B^cD* 12 a *B^cC*, int. lin. postea add. *A¹*
om. A in *D* 18 et in *CD*

11 cf. Ezech. 33,13 22 cf. ea, quae de eadem materia JW
egregie disputat in Trial. (ed. Lechler) lib. IV cap. XXXI pag.
355 sq.; cf. etiam Polem. Works (ed. Buddensieg) Crucia
cap. VII pag. 614: necessitas autem futurorum . . . est
impertinens merito vel demerito, cum sgg.

in gracia non debent imponere deo calumpniam. ideo sequitur in propheta: et dicitis: non est recta via domini, unumquemque iuxta vias suas iudicabo.

God veils the future to man and leaves liberty of action, even to those who will be damned

et ex ista sentencia eliciunt doctores communiter, quod non convenit deo revelare creature suam dampna-⁵ cionem eo, quod tunc daret creature occasionem ad re- missius promerendum, cum manifestum videtur, quod ille, cui facta est revelacio, debet credere, quod neces- sitate dampnabitur. et per consequens, cum scit, quod oportet, ipsum dampnari, quidquid fecerit, diminuitur ¹⁰ actus libertatis convertendi ad dominum. ymmo videtur Doctori Profundo, quod 'debet manere finaliter obsti- natus, cum debet credere hoc esse de voluntate domini', cui debet voluntatem suam cum paribus conformare, sed nec convenit deo in penam peccati hominis talem ¹⁵ veritatem tam indigno absolute et explicite revelare.

istud autem dubium relinquo aliis et alibi pertrac- tandum, addens, quod iuxta exemplar dei oportet, omnem benefacientem proximo subintelligere condicionem, si deo placuerit, et dum manserit in elemosinario dignitas ²⁰ quoad deum.

unde istud observant leges ecclesie, ut patet vicesima quinta quest. prima: 'Ideo Permittente Domino' et indubie hoc debet omnis filius ecclesie observare, ne videatur rebellis suis parentibus spiritualibus, scilicet Christo et ²⁵ ecclesie, volendo et exequendo, quod ipsi voluerint. ideo docet beatus Jacobus quarto cap., quomodo ob reverenciam dei debemus in actibus nostris futuris intelligere, si deus voluerit. aliter enim teneremur, in votis exequi illud, ad quod sciremus deum offendit et dampni- ³⁰ ficare proximum abutentem bonis alienis. cum igitur deus

² A¹ in marg. infer. cum sig. marg. notavit quare deus non revelat dampnacionem vel salvacionem hominis ⁸ de necessitate CD

¹ cf. ibid. Ezech. 33²⁰ ¹² cf. Bradwardina, De Causa Dei (ed. H. Savile) London 1618 lib. II c. 16 p. 522 A, ubi de causa finalis obstinationis disputatur; de eadem ma- teria, quamvis non ipsis verbis, Bradwardina sententiam profert pag. 524 E; 526 AB; c. 15 pag. 519 ABC ¹⁷ alibi: cf. supra I pag. 160, ²² cf. C. J. C. I (Decr. II pars) c. 16 C. xxv q. 1 pag. 1010 ²⁷ v. 15

fol. 77^b subintelligit condicionem condonando || quidquam creature racionabili, flexibili, ne autorizet iniustiam, multo magis nos debemus hoc facere de expressione condicionis quoad deum. patet primo Reg. secundo et sepe alibi in scriptura.

unde videtur michi, quod idem esset renuere adiectionem et subintellectionem talis condicionis et blasfeme innuere, quod volo, quod ita ffit, sive deus voluerit sive noluerit, quia, si volicio sive concessio sit subordinata per se et debite voluntati divine, de natura rei consequitur, ut subintelligatur dicta condicio. et ista conclusione utor tanquam *theoremate* in dictis sepius et dicendis, et una alia, quod homo non est *The name and pastor, rex, sacerdos vel clericus, cum quodlibet tale sit king or a priest are inseparable from the duties of his office*

15 nomen officii, nisi fecerit, quod incumbit tali officio. nam deus nec aliqua forma substancialis creata posset esse illius perfectionis essencialis vel nominis substancialis, nisi haberet actum proprium substancialis, penes quod attenditur eius species, perfectione vel natura. sic enim deus gignit deum, et ignis gignit ignem, et sic de aliis formis, a quibus emanat substancialiter actus suus.

et idem est iudicium de formis accidentalibus, ut, si est caliditas, calefacit, et ita generaliter de aliis, cum forma non sit, nisi formacio vel formositas essencie. 25 cum igitur claudit contradiccionem, quod aliquis sit pastor vel talis officii, sive forma, sicut nichil potest

1 donando *B^cCD*; *A*, sed int. lin. aliquis superscr. con
4 patet, sequitur lacuna *AD* 1^o postea add. *B^cC*
2^o, sequitur lacuna *D* 7 adiccionem *B^c*, sed *B¹* super
ic superscripsit e et iteravit e in marg. et *B^cD*; *A*
cum superscripto vel vel radendo correxit aliquis ex
et *C* 9 si *AB^a* sive *CD* 12 theoremate scripsi
theoronte *A* theorente *B^cD* theoreumate *C*
15 *A¹* in marg. super. cum sig. marg. glossavit nullus est
episcopus, sacerdos vel rex, nisi exerceat actus illorum officiorum
20 et om. *B^cCD* ignem om. *B^c*; *AD*, sed addiderunt in marg. *A¹D¹* suis *B^cD*; *A*, expuncto
exitu voculae sui *C* 26 *D²* in marg. notavit forma
quid est

4 v. 30 Ex. 28¹; Mal. 2⁹; Joh. 12²⁶

Wyclif, De Veritate Sacrae Scripturae. II.

15

moveri sine motu, manifestum est, quod blasphemum mendacium est vendicare nomen talis officii sine forma debita, a qua trahitur illud nomen.

et ista sentencia plane docetur vicesima secunda quest. ultima 'Cavete', ut recitatur libro septimo vicesimo s primo cap. exprimitur autem Ezech. tricesimo quarto cap. triplex condicio vero pastori contraria, prima, quod pseudopastor plus pascit se ipsum carnaliter quam oves suas spiritualiter. propheta inquit de pastoribus Israel: hec dicit dominus: ve pastoribus, qui pascebant 10 semet ipsos, et subinferens, quod non est pastor, nisi paverit, sic subiungit: nonne greges pascuntur a pastoribus, lac comedebatis et lanis operiebamini, et quod crassum est, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. ubi videtur michi 15 innui, quod causa finalis, propter quam mendaciter assuntur tale officium, sunt voluptuosa, victus et vestitus et per consequens venenosa exemplacio vite viciose, qua subditi pigres in devocatione prius remittuntur et post spiritualiter occiduntur. non enim negat propheta, quin 20 licet pastori habere alimenta et tegumenta ad finem, ut mereatur in pascendo spiritualiter oves Christi.

*Sensuality and
worldly am-
bition now
poison the
clergy*

aliter enim non diceret apostolus prima Thym. sexto: habentes alimenta et quibus tegamur, hiis contenti simus, sed ex hoc, quod negacio subinfertur: 25 gregem meum non pascebatis. si enim ille foret finis, gracia cuius alia mediarent, tunc complectioni plus affectati solitudine maiori intenderent.

unde ad exprimendum defectum pastoralis officii subinfert negacionem quintuplicem, cui numero superbo 30

6 *A¹ in marg. infer. cum sig. marg. glossavit* de pastori, qui non pascebant oves, sed se ipsos 12 paverit
AB^c pascat *C* pavit *D* 15 pascebatis. ubi videtur michi innui, quod causa om. *D*, sed nova manus (? *D¹*) sub ultima linea folii (155^b) postmodum addidit 16 finalis propter quam mendaciter cuncta in correctura *D* 18 extacco (?) *A* 20 negat om. *B^c*, add. in marg. prima manus 29 exprimendum exitum radendo corredit *A*

4 cf. C. J. C. I (Decr. II pars) c. 20 C. xxii q. 5 pag. 888
 7 v. 2 8 cf. similem Aug. argumentationem de pastoribus Opp. VII 510 sqq. 9 v. 2 12 v. 2—3 22 v. 8 26 Ezech. 34;

insidet superbia diabolica positive, quod infirmum fuit,
 inquit, non consolidastis, et quod egrotum, non ^{They forget} sanastis, quod fractum est, non alligastis, et ^{their great duty} to help and to heal
 quod abiectum est, non reduxistis, et quod
 5 perierat, non quesistis, sed cum austерitate
 imperabatis eis et cum potencia.

fol.77c || pro istis quinque negacionibus notandum se-
 cundum apostolum prima Cor. quarto decimo, quod
 pertinet ad curatum, magis loqui quinque verba
 10 ad sensum prelati quam decem milia verborum
 ad sensum extraordinarium.

primum autem verbum, in quo fundata sunt alia,
 est verbum fidei, pro quo dicit, quod infirmum fuit,
 non consolidastis. fidem autem oportet primo esse
 15 firmam, quia secundum apostolum Ebr. undecimo: acce-
 dentem ad deum oportet credere et sine fide
 impossibile est placere deo.

secundo post fidem fundatam necesse est docere
 viam latam peccati ducentem ad inferos declinandam.
 20 nam prius est quodammodo declinare a malo quam
 facere bonum. et sic secundo signanter sic infert: quod
 egrotum est, non sanastis. nam morbus anime est
 peccatum, cuius sanitas non inducitur nisi per eductionem
 peccati:

25 tercio debet pastor instruere oves suas per viam
 morum unite incedere, quod exprimitur sub his verbis:
 quod fractum est, non alligastis. virtutes enim sunt
 connexe, que sunt glutinum, quo continuantur membra

1 infirmum correxit *B^c*, iteravit in marg. *B¹* 2 in-
 quid om. *A*, add. in marg. *A¹* 2 consolidatis *B^c* 6 im-
 perabitis *A*, (?) *B^cC* 7 *D²* in marg. glossavit Nota quinque
 verba, que pertinent ad prelatum (?) loquendi (?) *A* *A¹* in
 marg. super. cum sig. marg. miniavit quinque verba pre-
 dicanda 11 ex (linea delet. et expunctum) ad *A* ad
 sensum om. *B^c*, addidit postmodum *B²* inter lineas 14 autem
 om. *B^c* primo om. *B^c* 19 peccati om. *D*, add. *D¹*
 in marg. 21 duo (?) *B^c*, *D* in marg.; *A*, sed *A¹* in
 marg. emendavit addens secundo (20) domino *C*, expunxit
C² et superscr. 20 secundo)

1 cf. Ezech. 34² sqq.
 21 Ezech. 34⁴

26 v. 4

8 v. 19

15 v. 6

sancte matri ecclesie secundum presentem iusticiam, ut recipiant communionem sanctorum, que membra inter spinas seculi et lupos diaboli prius fuerant lacerata.

quarto debent predicare terrorem pene perpetue, quod notatur, dum quarto dicitur: quod abiectum est,⁵ non reduxistis. est enim specialis medicina contra errorem ovium, ut declinent ad gregem exterrere eas opposito consolacionis, quam habent cum gregibus, et sic detegendo gravedinem et perpetuitatem pene inferni per iuxtapositionem gaudii momentanei reducuntur ad¹⁰ Cristum eciam viciis indurati.

sed quinto debent allicere ad spem beatitudinis ovem desperantem vel excommunicatam, quod notatur in isto verbo: quod perierat, non quiescistis. nam ordinacio finis hominis ad beatitudinem et libertas¹⁵ arbitrii pro tanto gaudio promerendo impressa in elongato a deo facit invenire ovem perditam per peccatum.

*and are
choked by
hard-heartedness
and pride*

et quia superbia, que insidet pastoribus, originans ista quinque, est libido diabolica dominandi, ideo subditur armatura membrorum diaboli: cum austерitate²⁰ imperabatis eis et cum potencia, sic enim contigit de sacerdotibus veteris testamenti, ut patet primo Reg. secundo de Ofni et Finees. et sic est possibile hodie, quod sacerdotes plus intendant sue imperiali dominacioni quam humili administracioni plus mundane potencie²⁵ quam potestati ewangelice, plus crudeli excommunicationi quam ovis, que perierat, pie reduccioni. et cum Luc. vicesimo secundo contra primum scribitur: qui predecessor est in vobis, fflat sicut ministrator, contra secundum scribitur Mátth. decimo: convocatis duo-³⁰

3 prius om. D, add. eadem manus in marg.
cialis om. B^c, in margine adscriptis (?) B¹ 6 spe-
cialis om. B^c C^c 7 declinant D
13 quod AB^c C^c et D^c 21 imperabitis A^c eis C
om. B^c D; A, sed int. lin. addidit A¹ 22 de om. D,
add. in marg.^c 23 et om. CD, add. int. lin. C² possi-
bile om. D^c 25 humili in loco raso supplevit A

decim discipulis suis dedit eis potestatem spirituum inmundorum, et ut eicerent eos et curarent omnem langworem et omnem infirmitatem. istam ergo potestatem debent exercere et non s̄ potestatem cesaream.

contra tertium dicitur Luc. nono: Jacobus et Johannes dixerunt: domine, vis, dicimus, ut ignis descendat de celo et consumat illos sicut Helias fecit? et conversus increpavit illos dicens: nescitis, cuius spiritus estis? filius enim hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare. et propter istam sentenciam dicit primus fol.77d Cristi || vicarius prima Pet. quinto: neque dominantes, inquit, in clero, sed forma facti gregis.

secundus error in pastoribus est discrecionis carencia, *Bound to be physicians, they are at a loss to heal,* pro quo sic scribitur: ecce, ego iudico inter pecus et pecus et arietem et hircum. primam autem partem exponit postmodum: ecce, ego ipse iudico inter pecus pigwe et macilentum. requiritur enim ad officium medici vel pastoris, quod habeat artem sanandi et modum congruum operandi, quod non potest adiscere nisi a pastore summo, qui secundum humanitatem est servus dei, David et secundum divinitatem est ipsem deus. propterea prius dicit: ecce, ego ipse iudico inter pecus pigwe et macilentum. nam instar Cristi et sui apostoli sunt prepositi, in quibus ex negligencia et ypocrisi est magis periculum durius increpandi, ut patet Matth. vicesimo tercio et Tit. primo. devoti eciam tanquam pigwes sunt mulcendi cum oleo. aliis autem macilencioribus activam vitam ducentibus apponi debet cum modestia nunc vinum nunc oleum.

1 illis *B^cCD* 8 sicut usque ad illos *om. A*, add. cum sig. marg. in marg. inf. *A¹* 10 ciuis (ci9) *B^c* 13 *A¹* in marg. infer. fol. 77^c notavit de pastoribus malis in marg. super. fol. 77^d nota de erroribus pastorum neque *B^cCD* ne cum superscripto que *A* 18 iudico inter *om. B^c*, addidit in marg. *B²* 20 artem *B^c; C, sed C² superscr.* et int. lin. et artem *D* et (expunctum) artem *A*

6 v. 54—56 13 v. 3 16 cf. *Ezech. 34:17*
18 *ibid. v. 20* 28 v. 8 sqq. v. 6 sqq.

quamvis autem solus Cristus sciat hic distincte discernere inter arietem collocandum a dextris in die iudicii, cuiusmodi sunt prepositi forciores in ovili Christi portantes tintinabulum et hircum edorum, quem pastor statuet a sinistris, ut patet Matth. vicesimo quinto, ⁵ tamen ex signis, que reliquerat pastor David, cognoscendi eos: a fructibus cognoscere possumus distinctionem eorum probabili coniectura. ipse autem David occidit ursum et leonem, ut patet primo Reg. septimo decimo, liberavit oves suas a malis bestiis, ¹⁰ ut dicitur Ezech. tricesimo quarto. unde Augustinus in De Questionibus Veteris et Nove Legis cap. sexto probat ex cap. Ezechielis et alia scriptura multiplici, quod dictus David est dominus Jesus Christus. nam David rex in figura Christi diu ante Ezechielem preteriit. ¹⁵

*because they
do not know
Holy Scripture,
the clear deep
well, to which
they are to
lead their
thirsty flock*

tercius error pastorum est, quod non adauant gregem suum cum aquis limpidis atque salubribus. unde sequitur in textu: nonne satis erat vobis, pascua bona depasci? insuper et reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris, et ²⁰ cum purissimam aquam biberitis, reliquam pedibus vestris turbabatis. et oves mee hiis, que conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur, et que pedes vestri turbaverant, hec bibeant. constat autem, quod pascua ovilis Christi sunt virtutes ²⁵ crescentes in Christo, monte domini in vertice

7 possimus *B^cC* 10 liberavit (?) *B^c* 12 60 post-
modum in loco, qui scriptura caret, supplevit B¹ *lacuna AC*
20 vestrarum conculecastis pedibus vestris AB^cC *vestrarum*
pedibus conculcastis D, sed in marg. idem add. cum sig.
marg. vestris quod inter vestris et pedibus legi voluit; post-
modum aliis ordinem vocabulorum lineis superscr. mutavit, *ut ceterorum codd. ordo restituatur* 25 sunt om. *AB^c*

5 v. 33 7 cf. Matth. 7.16 10 v. 34 11 v. 10; 24
Augustini sententiam de identificatione David cum Christo
in libro De Quaestionebus V. et N. Legis nusquam inveni,
sed cf. Ennarrationes in Psalmum Quintum, tom. V 277;
664; 685; 768 et XVI 372 sqq. (Quaest. XLIV), ubi de simili
materia disputat; item VII 260; XI 685 14 Ezech. 34.23
18 cf. v. 18—19

moncium posito, ut loquitur Ysa. quadragesimo secundo cap. Cristus enim est dei virtus et dei sapientia, ut dicitur prima Cor. primo, et aque, quibus oves Cristi potari debent, sunt sapiencie scripture, ut patet Ysa. 5 octavo. nam seminaria virtutum in simplicibus Cristum sequentibus persequuntur suis tradicionibus et conculant.

hoc autem est nequicia superaddita depascencie, qua herbis putridis depascunt se et subditos, et, cum deus tradidit eis scripturam sacram ut aquam purissimam, fol. 78^a 1^c flumina, que a ventre || inferiorum credencium effluxerint, suis terrenis affectionibus conturbarunt, et sic, ubi oves Cristi pure biberent fidem scripture vel potentur sensu eius perverso secundum suas affectiones torve tradito vel immiscent leges terrenas ut aquam turbidam, quibus 15 cogunt subditos plus attendere quam puritati fidei scripture.

et forte sicut in veteri testamento tradiciones pharisaice, sic hodie adinvenciones gracia pecunie subducta sapiencia salutis anime conturbant ecclesiam.

20 ista igitur tria signa pseudopastorum cum viginti prioribus docent, quomodo discerni poterunt et in quo tanquam hirci conturbant ecclesiam. sed heul pars hircorum nunc tantum invaluit, quod induentes ypotristice vestes ovium, *quidam* potencia seculi, *quidam* favore 25 seducti populi et *quidam* sophistica defensione eciam professorum paupertatis Christi ex omissione correpcionis adeo dominantur, quod vix audet pauper publice seducciones suas proditorias detegere vel fugam christianorum a talibus premunire. iam enim conspiraverant 30 querentes signa iudaica, quod, si quis palam defenderet

Their worldly power is such that no one dares to stigmatise their treachery

10 effluxerint <i>in exitu vocis correxit A</i>	effluent <i>B^c</i>
effluent <i>C</i> effluerunt <i>D</i>	13 secundum <i>corr. B^c</i>
<i>iteravit in marg. Bⁱ</i>	17 tradicionis (?) <i>A</i>
20 tria om. <i>B^c</i>	spseudopastori <i>B^c</i>
24 et 25 'quidam' scripsi	quid codd.
<i>CD; correxit A ex priore et</i>	25 eciam
<i>omisit B^c</i>	29 a talibus

1 v. 2 3 v. 24 5 v. 7; 20 7 depascere (vel depasci) proprie est pascendo absumere vel depasci facere
20 cf. supra pag. 228—230; 226₂₇ sqq.

legem Cristi, nendum extra sinagogam fieret, sed vel uno modo vel alio necaretur.

O, that God would grant me wisdom, courage and love to put an end to the misery in the Church of Christ!

o, si deus dederit michi cor docile, perseverantem constanciam et caritatem ad Cristum, ad eius ecclesiam et ad membra diaboli ecclesiam Cristi laniancia, ut pura caritate ipsos corripiam! quam gloriosa causa foret michi presentem miseriam finiendi!

hec enim fuit causa martirii Cristi et gravis pena imponitur doctori vecordi, ut notat beatus Ysidorus libro tercio De Summo Bono cap. quadragesimo quinto: 'qui', inquit, 'personam potentis accipit et veritatem loqui pavescit, gravi multatur culpa sentencie. multi enim sacerdotes metu potestatis veritatem occultant et a bono opere ac a iusticie predicacione rei alicuius formidine avertuntur, sed heu, proch dolor! inde metuunt, quia vel amore rerum secularium implicantur vel quia aliquo facinoris opere confunduntur'.

et videtur michi, quod duplex alia causa subest, vel quia ignari artis corripiendi vel quia timidi, ne perdant bonum nature, et quodlibet istorum quatuor est dampnabile.

unde sequitur cap. quadragesimo sexto: 'sacerdotes pro populorum iniuitate dampnuntur, si eos aut ignorantibus non erudiant aut peccantes non arguunt, testante domino per prophetam: speculatorum dedi te domui Israel: si non fueris locutus, ut custodiat se impius a via sua, sangwinem eius de manu tua re-

³ A¹ in marg. sine sig. marg.: Nota (?) Roma ⁴ A³ in marg. super. cum sig. marginali: de constancia predicatoris ⁹ doctori C, correxit A doctorum B^cD vecordi C, correxit A vecordie B^cD syderus B^c ¹⁰ bono om. D, add. in marg. D¹ ¹⁵ pro tholor B^c pro dolor D ¹⁶ vel (prius) CD, int. lin. add. A om. A in textu; B^c, sed ut int. lin. add. B³ ¹⁹ vel om. B^c ²⁵ speculatorum correxit A

⁹ cf. J. Isidori Opp. Omnia ex rec. Faust. Arevalo, Romae 1802, VI pag. 332 ²² cf. ibid. pag. 338 sqq. ²⁶ cf. Ezech. 318

quiram. sic enim Heli sacerdos pro filiorum iniuitate dampnatus est, et licet eos delinquentes admonuit, tamen non, ut oportebat, redarguit'.

CAPITULUM VICESIMUM QUARTUM.

5 Contra dicta obicitur.

videtur primo, quod omnem sacerdotem vel curatum
 fol. 78^b oportet esse theologum, || quia ewangelium predicanterum
 consequens contra consuetudinem approbatam ecclesie,
 qua scimus, clericos regum non theologos fuisse sanctos
 10 et tamen ecclesiam multipliciter edificantes. et idem
 videtur de legistis et decretistis, quos Hostiensis dicit in
 Summa 'in casu utilius preesse ecclesie quam doctores
 theologie'.

hic dico, quod assumptum est verum, quia, ut
 15 ostendi alias, omnem cristianum oportet esse theologum,

Objections:
 1. Every cler-
 gyman must
 be a theologian
 as he has to
 preach the
 Gospel

3 oportabat *B*^c 5 *A*¹ in *marg. sinistro primae*
capituli novi lineae rubr. litt. adscriptis capitulum 24^m 7 *A*²
in marg. super. fol. 78^b notavit Omnis cristianus debet esse
 theologus. quia fidelis et specialiter sacerdos et episcopus
 12 *inter Summa et in spatium trium fere verborum vacuum re-*
lictum est in A; item in ceteris lacuna invenitur 14 quia
 om. *B*^c

1 cf. I. Sam. 223—25; 414 sqq. 11 *Cardinalis Ostiensis*
 (i. e. *Henricus de Segusia [Suse]*) *archiepiscopus Ebredunensis*
in Delphinatu Galliae a. 1250, Cardin. Ostiensis a. 1263, fons
Iuris utriusque et Orator, diem obiit a. 1271. praecipuum eius
opus habetur Summa Iuris Canonici, quae ab eo Summa
Ostiensis appellari consuevit; idem scripsit Commentarium
in Epistolas Decretales et in Decretum. publici iuris facta
sunt editione Lugdunensi, qua ego usus sum: Henrici de
Segusia Summa Aurea, ad vetustissimos codd. nunc denuo
collata etc. Lugduni 1588. locum ipsum non inveni, sed in
rem commemoratam cadunt quae leguntur pag. 220^c; 23^b; 28^b
 15 cf. *De Civili Dominio lib. I cap. XLIV pag. 402: ex istis*
tercio sequitur, quod omnis homo debet esse theologus . . .
nam omnis debet esse Cristianus, quod tamen non potest esse,
nisi legem mandatorum Dei cognoverit; cum ergo omnis
homo sit eo perfectior theologus, quo perfectius cognoverit
legem Dei, sequitur, quod omnis homo debet esse Cristianus;
cf. etiam ibid. pag. 402; licet autem omnis homo debet esse
theologus sqq.

Faith is the highest theology

quia necesse est, omnem cristianum adiscere fidem ecclie vel sciencia infusa vel cum hoc sciencia humanitus acquisita. aliter enim non foret fidelis. fides autem est summa theologia.

ideo oportet, omnem catholicum esse theologum, 5 sed sacerdotem, in quantum superior secundum quandam excellenciam. ideo dicit canon vicesima tercia dist. 'Qui Episcopus', quod 'episcopus debet examinari, si sit literatus, si in lege domini sit instructus', hoc est in utroque testamento secundum Archidiaconum, 'si in scripturarum sensibus sit cautus' et ante omnia, 'si fidei documenta verbis simplicibus asserat'. aliter enim posset falli et fallere predicando sinistram sentenciam ex ignorantia sensus scripture. nam vicesima quinta dist. 'Perlectis' docetur, quod 'ad diaconum pertinet ex officio 15 predicare ewangelium et apostolum. nam sicut lectoribus vetus testamentum, ita diaconis novum predicare preceptum est'.

The efficacious preaching of the Gospel does not depend on theology

unde clerici regum et homines simplicis literature quandoque graciosius predictant populo datis doctoribus, 20 et sic doctores utriusque iuris oportet esse theologos pro loco et tempore predicantes, specialiter dum occupant pastoris officium. unde iura sua non sunt licita vel discenda, nisi de quanto theologie subserviunt.

et hinc in utroque iure premittuntur tituli de summa 25 trinitate et fide catholica, ut patet in Decretalibus et codice, in signum, quod theologia sit primo omnium adiscenda. cum enim ecclesia fuit obligata ex precepto dominico predicare ewangelium, antequam tales leges erant edite, tamquam precipuum pastorum officium, ut 30

4 theologia summa *D*, sed *lin. suprapositis mutavit aliquis in summa theologia* 7 quod episcopus *B^c*
15 docetur *correxit B^c* *D⁵ in marg.: nota* 17 diaconibus *B^cCD* 23 *A¹ in marg. infer. cum sig. marg.*
glossavit totum corpus iuris debet subordinari theologie
30 pastoris *CD*

7 C. J. C. I (Decr. I pars) c. 1 Dist. XXIII pag. 79
15 cf. ibid. c. 1 Dist. XXV pag. 89

patet duobus capitulis precedentibus, nullum autem accidentale perimit suum essenciale, patet, quod ecclesia adhuc tenetur ad hoc officium sicut olim. sicut ergo purus theologus iuratus, antequam tales leges sunt edite
 5 vel ab eo didiscite, tenetur ex officio predicare, sic postquam leges tales didiscerit. non enim debent distrahere a tanta perfeccione, cum sint accidentales gubernacioni ecclesie eo, quod ecclesia stabilita est, dotata in temporalibus et in locis pluribus regulata per puros theologos,
 10 nec alicubi per tradiciones humanas nisi presupposita theologia ut fundamento.

unde decretiste et civiliste sunt mixtim theologi, et plures eorum de substancia theologie plus noscunt, efficacius predican et in via virtutum ecclesiam sanctam
 15 edificant quam dati doctores theologie. hoc tanien evenit in minori parte propter peccatum theologorum et attencionem legistarum ad theologiam, que est vita sue scientie.

multi ergo sancti simplicis literature efficaciter pre-
 20 dicarunt, ut patet de sanctis Cudberto, Wulstano, Francisco et eis similibus.

*Laymen and
Decretists may,
eventually, be
better heralds
of the evan-
gelical truth
than learned
doctors*

fol. 78c || quod autem hodie habent episcopi consuetudinem mutescendi, non arguit nisi accusacionem eorum et prenoscitat mortificacionem ecclesie. nec debet capi exemplum penes sterilitatem vite sanctorum, sed penes

5 sicut *A* 6 distrahere *om. A*, signo marginali,
quod in margine posuit A¹ vel alias, sine nota relicto
 9 plurimis *C* 20 *Cuthberto CD*
Wlstano D 24 *A¹ in marg. super. fol. 78c:* nota de
predicatore, Item, in quo debemus sequi sanctos *et om. B^c*

1 cf. supra pag. 194; 197; 211 20 cf. Stadler, Vollst.
Heiligen Lex. Augsburg, s. a. II 272; Herzog-Hauck RE³
VI 199—200; Panfilo da Magliano, Storia compend. de
S. Franc. Romae 1874 I 97 ff.; Th. de Celano, Vita prima
S. Franc., ed. St. Rinaldi, Romae 1806, 106 sqq.; Herzog,
Abriss d. ges. K. Gesch., Erlangen 1879, II 189: „er erbaute
die Zuhörer mit einfältiger Rede, aber erhobenem Herzen.
Sein Wort war wie ein Feuerstrom, der das Innere der
Herzen durchdrang“

partem vite ex scriptura laudabilem, ut, licet Petrus et Paulus erant infideles, non propter hoc debemus laudare eorum blasphemiam. sed quis sanctorum citra Cristum non sepe demeruit? ideo caute cavendum est ab ista argucia: iste sanctus sic fecit et vixit, ideo debemus s^{ecundum} secure conversari conformiter.

nec obest, legistam apcius preesse ecclesie quam datum theologum. nam quicunque est apciior, in quo quindecim condiciones episcopi copiosius coequantur.

secundo arguitur contra dicta per hoc, quod oportet¹ prelatum instar Cristi captare sibi oportunitatem temporis predicandi. capio igitur quantumcunque ydoneum prelatum, quia per multa tempora oportune cessat predicare, tunc per hoc tempus iste curatus licite non predicit, igitur licet prelato in casu non predicare, et per idem continue potest excusari ab opere predicandi.

sed moveat illos ista argucia, qui concedunt, quod, si Petrus aliquando non predicit, tunc Petrus non predicit. nam satis est, quod predicit tempore suo, sicut pro tempore, quo dormit, tenetur predicare pro alio tempore oportuno. si igitur episcopus non predicit, tunc numquam predicit pro aliquo tempore preterito vel futuro, et tunc audacter assero, quod non sit episcopus.

unde ne videar seminare novam sentenciam satrapis displicentem inmisceo ex abundanti testimonia legum, ne saltem ipsarum legum professores graviter ferant istam sentenciam, quia verissimile est michi, quod nec laici nec theologi, qui ex deo sunt, sibi dissident. scribit enim Archidiaconus super illo capitulo 'Sit Rector' dist.²

5 fecit et vixit A fecit aut vixit B^c vixit aut
fecit CD 11 temporis corredit D 13 qui B^cD
17 A¹ in marg.: sacerdos tenetur predicare 21 A¹ in
marg. infer. cum sig. marg. glossavit Episcopus. qui numquam
predicit, non est episcopus

1 cf. ea, quae supra de usu nominum Petri et Pauli dixi
pag. 89 9 cf. supra pag. 83 sqq. 30 C. J. C. I (Decr.
I pars) c. 1 Dist. XLIII pag. 153

*2. Bishops
and prelates
are not in
duty bound to
preach*

quadragesima octava, quod 'prelatus non docens subditos dicitur canis mutus' Ysa. quinquagesimo sexto, 'canis impudicus propter defectum regiminis', secunda quest. septima 'Qui Nec.' dicitur eciam leo rugiens et lupus rapiens predam, Ezech. vicesimo secundo et octavo quest. prima 'Sunt Quidam' ac octogesima tercia dist. 'Nichil.' dicitur eciam corvus propter peccatorum nigredinem secunda quest. septima 'Non Omnes'. dicitur et sal infatuatum ad nichil proficiens secunda quest. 20 septima 'Non Omnes'. dicitur eciam porcus dist. quadragesima tercia 'In Mandatis'; dicitur eciam rusticus a servitute peccati quadragesima septima dist. 'In Principio'; dicitur eciam gallus gallinaceus, id est, capo, quia habet modum galline non cantans canticum novum 25 scripture, non generans spiritualiter, non vocans esurientes gallinas ad pabulum; non pugnat pro subditis sicut

3 defectus D 5 XXIII^o codd. 7 eciam corre-
xit A, int. lin. addidit D om. C, add. in marg. C²
quod (expunctum) B^c 8 et 10 omnes scripsi ex auctori-
tate Decreti omnis cuncti codd. dicitur et sal infatum
ad nichil proficiens II^a quest. 7^a non omnis om. B^c; A, sed
addidit in marg. A² om. C, sed addidit aliquis (? C²)
in marg. infer. cum sig. marg. dicitur om. D, in mar-
gine adscriptis D¹ sal infatum ad nichil proficiens II^a
quest. 7^a Non Omnis dicitur eciam om. D, addidit in marg. D¹
16 pugnans C pugna cum superscripto t D

2 v. 10 3 cf. C. J. C. I (Decr. II pars) c. 32 C. II q. 7
pag. 493 5 v. 25; 27 6 cf. C. J. C. I c. 19 C. VIII q. 1
pag. 596 7 cf. ibid. (Decr. I pars) c. 6 Dist. LXXXIII
pag. 294 8 cf. ibid. (Decr. II pars) c. 30 C. II q. 7
pag. 492 9 cf. ibid. c. 29 pag. 492 10 cf. ibid.
(Decr. I pars) c. 2 Dist. XLIII pag. 155 12 cf. ibid.
c. 2 Dist. XLVII pag. 167 sqq.: si quis inventus fuerit . . .
usuras accipiens vel quolibet modo negotia transigens, aut
emiola, id est sescupla (hoc nomen corrector sic exponit:
hoc sesqualterarum usurarum genus in frugibus humidis
vel arentibus Constantinus permiserat et B. Hieronymus in
commentarij in Ezechielem VI, 18 de eadem re haec notat:
solent in agris frumenti et mili, uini et olei ceterarumque
specierum usurae exigi) exigens autor recte hoc facientem
'rusticum' appellat 13 gallinaceus adject.: qui ex gallinis
est; subst. idem ac gallus; capo = gallus gallinaceus castratus

gallus, sed se ipsum carnaliter impigwat ut capo. et decimo dicitur proditor veritatis undecima quest. tercia 'Nolite'.

unde sacerdos tacere non debet, sed suscipere preconis officium. unde sibi scribitur Ysa. quinquagesimo octavo: clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. ecce primo predicacionis accio: clama; ecce secundo predicacionis oportuna continuacio: ne cesses. et ecce tertio modificacio predicandi: quasi tuba exalta vocem tuam. et hinc episcopus non debet passim in villa morari, sed in civitate, vicesima tercia quest. quinta 'Sicut Vero', et ecclesiam suam sine intermissione docere, septima quest. prima 'Sicut Vir'.

unde cum sacerdotes officium predicandi in populo suscepserunt || et mutescunt tamquam preco mutus, non sunt vere prelati, sed solum similitudinarie, sicut ydolum non est homo. unde tales prelati possunt dici ydolum,

1 impigwat *A*, corr. *D* impignat *B^c* impugnat *C*
 5 *D¹* in marg. glossavit Nota bonum thema 8 tertio
 modificacio predicandi *A* tertio predicandi modificacio *B^c* *CD*
 9 debet om. *B^c*, addidit *B²* in marg. 11 suam om. *B^c*,
addidit idem in marg. 14 *A¹* in marg. super. fol. 78d
 glossavit sextuplex genus malorum prelatorum assimilatur
 sextuplici ydolo et *C*, in corr. *A* si *B^c* *D* 15 sunt
correxit B^c

2 cf. *ibid.* (*Decr. II pars*) c. 22 *C. XI q. 3 pag. 649*

4 v. I 10 *XXIII^a* librarius mendose scripsit; fortasse 'Sicut Vero', quod sequitur, denotat canonis initium 'illud vero' c. 18 *C. VII q. 1 pag. 575*, ad quod JW respexisse videtur, ubi episcopus ecclesiam suam dimittere vetatur; cf. etiam *ibid. c. 7 Dist. XCII pag. 319*; *II (Decretal. Greg. IX) lib. III tit. IV De Cler. non Residentibus c. 1 pag. 460*; *c. 46*; *47 C. VII q. 1 pag. 585–586*; *II (Decretal. Greg. IX) lib. I tit. IX De Renunciatione c. 10 § 5*: propter maliciam autem sqq. pag. 108; cf. Hergenröther, Lehrb. d. kath. Kirchenrechts, Freiburg 1888, pag. 238: Bischöfe, Canoniker u. Praebendaten sollen nicht über zwei, höchstens drei Monate im Jahre vom Orte des Beneficiums abwesend sein. Bei langer Abwesenheit bedarf es päpstlicher Erlaubnis (cf. *C. VII q. 1*; *Urbani VIII Const. 'Sancta Synodus'* d. 12. Dec. 1634 (cf. Trident. sess. *XXIII c. 1 De Ref. V*: Quoniam autem (*De Clericis non Residentibus in eccl. vel praebend.*) 12 cf. *ibid. (Decr. II pars)* c. 11 *C. VII q. 1 pag. 570*

Holy Scripture
calls those men
dumb dogs

de quo Baruc ultimo: ligwa eorum polita a fabro, ipsa eciam inaurata et inargentata et non possunt loqui. unde qui tales creant, similes fient illis in dampnacione iuxta illud Psal. centesimi quinti decimi: similes illis sunt ffiant, qui faciunt ea. unde sicut gentiles habebant sex genera simulacrorum, scilicet lutea, lignea, erea, lapidea, argentea et aurea, ita habent modo domini proportionaliter sex genera prelatorum.

simulacra lutea sunt prelati carnales, de quibus 10 dicitur Psal. duodecimeno: ut lutum platearum delebo eos. simulacra lignea sunt prelati in doctrina rudes et insensibiles, de quo Jer. decimo: lignum est argento involutum. isti dicuntur creati in prelatos, quia sine subtracta dignitatis materia assumuntur. isti 15 sunt chymere, qui non sunt nisi in opinione. simulacra erea sunt illi, qui habent eloquiam secularem, prima Cor. tredecimo: factus sum velut es sonans aut cymbalum tiniens. lapidei prelati sunt temporalibus indurati, offendentes affecções hominum, quos frangunt 20 potencia seculari. argentei sunt, qui sicientes pecunias dicunt cum Juda, magistro eorum, persecutoribus Cristi in membris suis: quid wltis nobis dare et eum vobis trademus, ut legitur Matth. vicesimo sexto. aurei sunt, qui propter nobilitatem carnalis generis solummodo sunt prefecti.

quotlibet sunt talia dicta scripture et doctorum utriusque iuris in diversis codicibus seminata, ut ex concordi testimonio mundo sunt cognita propter tria. primo, ut inepti prepositi *ex nota* verecundie resipiscant, 30 secundo ut domini seculares caveant participare criminis talium, dum prelaciones talium tacent, protegunt vel procurant.

*The prelates
of to-day
resemble the
dumb idols
(description of
the six kinds)*

3 fiant *D* 4 CXIIIⁱ *codd.* similes (? silens siles) *D*
 10 XVII^o *cuncti codd.* 15 chimere *B^cCD* inopinative *AB^c* 22 nobis *correxit C* nobis dare *utrumque corr. D* 27 testamenti (*expunctum*) iuris *D* in *om. A*
 28 condita (*expunctum*) cognita *D*

1 67	4 v. 8	10 v. 43	12 v. 4	17 v. 1
23 v. 15				

nam conclusio Archidiaconi est in dicto capitulo fulsita lege multiplici, quod, qui non facit, quod debet, intelligitur facere, quod non debet. omissio quippe emendacionis est inicium peccatorum. tercio vero seminanda est in publico ista sentencia, ut totum wlgus sciat, discernere pastorem a lupo et a lupinis versuciis caucius precavere. hinc enim Cristus detexit venena sacerdotum, scribarum et pharizeorum, ut patet ex decursu ewangelii.

ex quibus colligitur, quod licet nobis condicionaliter asserere, quod huiusmodi sunt periculosissimi et maxime ¹⁰ cavendi hostes ecclesie, si sint tales.

tercio arguitur per hoc, quod in habente scienciam et propositum predicandi caracter imprimitur, licet vel interim moriatur vel dampnabiliter omnino omittat in posterum predicare, sed impresso caractere ordinis ¹⁵ habetur sacerdotium, igitur stat sacerdotium cum negacione perpetua predicande. aliter enim forent nimis pauci sacerdotes et cristiani timerent, si habent legitimos, qui eis ministrent debite sacramenta.

oportet igitur ordinare sacerdotes minori sufficiencia, ²⁰ quam ordinati fuerant in ecclesia primitiva. et talis variacio subest || potestati ecclesie, sicut patet de religiosis sacerdotibus, quibus eciam appropriantur ecclesie, ^{fol. 79a} qui per commutacionem contemplandi et orandi a predicationis officio sunt exempti. ²⁵

hic dicitur comunter, quod sacerdos multipliciter

³ omissio *B^c* ¹³ carecter *B^c* ¹⁵ carectere *B^c*

²⁰ cum minori *B^cCD* ²⁴ per contemplandi comp (*hoc expunctum*) comutacionem *D*, sed *lin. superscr. mutatum in per comutacionem contemplandi* ²⁶ *A¹* in *marg. super.*

cum sig. marg. glossavit divisio < sacerdotis predicatoris (scripsi; cod. predicacois)

¹ cf. C. J. C. I (Decr. II pars) c. 11 CVII q. 1 pag. 57¹

³ cf. egregium illud dictum Corp. Iuris Can.: *qui emendare potest et negligit, absque dubio participem delicti se constituit; cf. c. 12 C. XXIII q. 8 pag. 955—6 frequenter in argumentatione JW*i* haec regula occurrit, cf. e. g. Polem. Works (ed. Buddensieg) De Nova Praevaricantia Mandatorum cap. VI pag. 137* ¹³ *de vi ac natura characteris clericis impressi cf. JW*i* subtilem argumentationem De Eccl. pag. 499 sqq.*

*3. Not the duty
to preach, but
the character
received with
the dignity
makes the
priest*

dicitur, ut patet superius. sed ad propositum aliquis dicitur sacerdos vere et aliquis nuncupative, ut patet in responsione proxima. et vere sacerdos intelligi potest dupliciter, vel nude potestative vel executive, sicut miles s habet potestatem ad militandum in primo instanti, quo deus dat sibi potestatem milicie. et de tali sacerdocio dicit Archidiaconus tricesima octava dist. ‘Omnes’, quod ‘non est de essencia sacerdotii predicare, sed secundo modo loquendi de sacerdote’, ut dicit executive officium, ad quod 10 deus ipsum instituit, et sic, ut dicit Archidiaconus ‘disciplina divinarum scripturarum dicitur substancia sacerdotii’, quia sine ea non debite sustentatur. et ista sacerdocia dicuntur quodammodo equivoce, licet secundum sacerdotium non suscipiat magis aut minus, sicut nec visibilitas, 15 sed sicut quicunque actus bellicus sufficit militi post susceptionem sui ordinis ad approbacionem sue milicie vel acquisitionem suorum sotularium, sic sufficit post acceptionem ordinis sacerdotii quecunque predicatione verbi dei.

unde solet esse verbalis contencio, quid requiritur 20 ad officium predicandi. et certum est, quod multa ceremonialia introducta sunt quoad locum, quoad formam divisionis thematis et quoad formam vel circumstancias dicendi, que non sunt de essencia predicandi, ut eo ipso quis predicat, quo dicit intencione edificandi ecclesiam verbum dei. et sic Beda et Franciscus dicuntur predicare saxis et avibus, et sic clericus legendō illa intencione predicat, sicut dicit Archidiaconus super dist. vicesima quinta cap. ‘Perlectis’ super illo verbo predicare ewangelium.

*Technicities
do not constitute
the sermon, but
the intention to
edify*

1 patet sequitur lacuna AB^cCD superius supplevi
9 loquendo CD 23 que non utrumque correxit A
28 illo om. B^cD; AC, sed A¹ in marg., C² inter lin. addidit

1 cf. supra pag. 237 3 cf. supra pag. 210, ubi haec inveniuntur scripta: sunt, inquam, quatuor gradus vocatorum pastorum ecclesie etc. 11 cf. C. J. C. I (Decr. I pars) c. 6 Dist. XXXVIII pag. 142 11 cf. ibidem pag. 142
17 sotulares = calcei calceamenta (subtalares) 23 Beda Venerabilis, nat. a. 674 (? 672), mort. 735; de Beda et Francisco praedicatoribus cf. Werner, Beda d. Ehrw. 1881 pag. 38 sqq.; Hegler, Fr. v. Assist in Z. Th. K. IV 1896 pag. 456 et H. Thode, Fr. v. Ass. etc. 1885 pag. 25; Th. de Celano, Vita S. Franc. ed. Rinaldo, Romae 1806 pag. 108 sqq. 28 cf. C. J. C. I (Decr. I pars) c. 1 Dist. XXV pag. 90

sicut enim contingit, laicos excitari ad devocationem in audiendo missam, per quam confuse concipiunt celestia et virtutes, sic et audiendo predicacionem, leccionem, disputationem theologicam vel oracionem.

et propter istam causam quidam mere laicus interfuit s
crebro sermonibus in ecclesia beate Marie Oxonie diebus dominicis. et sic videtur michi, quod, sicut virtuosus continue predicat, sic viciosus continue deficit ab opere predicandi, quia deficit rectitudo intencionis edificandi ecclesiam, cum nocet continue, ut patet in de Agone Cristiano.¹⁰

*To lead a
virtuous life is
a sermon in
itself.*

sed quia ex dictis nostri prelati possent excusacionem pretendere in peccatis et nostri scolastici possent impingere probando, quod licet mulieri in ecclesia predicare contra apostolum prima Cor. quarto decimo, quod clericus dicens amen super benedictionem episcopi¹¹ predicat, quod tamen secundum apostolum prima Cor. quarto decimo est officium ydiote, cum quelibet pars predicationis sit predicatione. et sic licet cuilibet sine missione, sine licencia assumere sibi officium predicandi contra apostolum Rom. decimo, quomodo¹² predicabunt,¹³ nisi mittantur?

ideo quoad primum, notandum, quod quotlibet sunt gradus predicandi; omnes autem liciti sive laudabiles sunt dicciones verbi dei recta intencione edificandi ecclesiam. || sed cum curatus habet statum et dignitatem¹⁴ fol. 79b super laicos, sua predicatione debet proporcionaliter excellere ewangelium laicorum.

debet ergo proporcionaliter excellere in vite sanctitate, in sensu scripture et efficaci edificacione, et per

¹⁰ nocet continue correxit *B^c*, iteravit in marg. *B¹*, sed vix legi possunt ¹² pretendere correxit in loco raso *A* expetere *B^cD* pretendere *C* ¹³ multi (*expunctum*) mulieri *A* ¹⁶ tantum *B^c* ¹⁷ post ydiote *A* *viciose* ad cor. ^{14^a}, quod cum signo in marg. addidit, legi vult ²¹ ^{10^b} emendatum ex ^{16^a} *A* ^{16^b} *B^c* ²⁵ *A^c* in marg. super. fol. 79^b glossavit prelatus debet scire ligwam populi, cui preest; quo generi (?ge) predicandi obligatur prelatus ²⁹ in *AB^c* et *CD* per om. *B^c*, int. lin. nec non in marg. add. *B¹*

⁶ cf. I pag. 356 ¹⁰ verba ipsa in textu prolata in libro Aug. De Ag. Christ. nusquam inveni; sed in rem commemoratam mihi cadere videntur, quae leguntur Opp. XI 637 sqq. ¹⁴ v. 34 ¹⁷ v. 20 sqq. v. 23 ²¹ v. 15

consequens oportet, eum noscere ligwam populi, cui preest, quia aliter non perfeccius ipsum instrueret quam ydiota. ideo dicit apostolus prima Cor. quarto decimo et notat Archidiaconus super quadragesima tercia dist.

5 'Sit Rector', quod est differencia inter locucionem ligwa, que est oracio deo facta, et prophetacionem, quam dicit oportere esse factam hominibus ad edificacionem. et sic prophetacio est oracione perfeccior. maior, inquit, est, qui prophetat, quam qui loquitur ligwis, nisi

10 forte interpretetur, ut ecclesia edificacionem accipiat.

ex quo concludit, quod oportet, prepositum noscere ligwam populi, cui preest. aliter enim continue sonaret confuse, ut musica instrumenta, et per consequens non

15 debite edificaret populum prophetando. etenim, inquit, si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? ita et vos per ligwam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id, quod dicitur.

et hec fuit racio, quare deus dedit apostolis omnia

20 ligwarum genera, et superaddidit edificatoriam caritatem, docendo nos, quod nullus presit populo, nisi habeat eius scienciam et loquela. 'si', inquit, 'nescirem virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus, et qui loquitur, michi barbarus'.

25 sic igitur gradus predicandi prelato debitus videtur esse vocalis diccio a diacono verbi dei recta intencione edificandi populum, cui preest. deficit autem rectitudo intencionis, dum predictor turpatur crimen, dum postposita intencione salvandi animas intenditur principaliter

² quam C, om. B^cD; A, sed int. marg. add. A¹ 8 me-
lior D 18 illud CD 19 hic B^c 23 et qui loqui-
tur, michi barbarus om. A, add. in marg. A¹ 25 D^a in
marg. glossavit nota. qualis predicacio debetur prelato 28 pre-
posita D

3 v. 22 4 cf. C. J. C. I (Decr. I pars) c. 1 Dist.
XLIII pag. 153 8 cf. I. Cor. 145 sqq.; similem sententiam
JW profert in libro, qui inscribitur Speculum de Antichristo
(in JW Unpr. Engl. Works ed. Matthew) pag. IIII: trewe men
seyn boldly pat trewe prechynge is betre pan pretyng bi moupe
sqq. 14 musicus = ad musicam pertinens 15 I. Cor. 148

and only a
sermon in the
mother tongue
is edifying

honor seculi vel comodum temporale, vel dum deest intelligibilis interpretacio congruens officio sacerdotis. et patet, quod non plus sequitur, prepositus predicit secundum aliquem gradum, igitur excusatur, quam sequitur: Heli corripuit filios, igitur excusatur a desidia predicti candi. oportet igitur episcopum servare modestiam et proporcionaliter ad gradum et dona, que debet habere, edificare ecclesiam.

unde videtur michi, quod sufficit missio a deo cum istis intersignis ad hoc, quod liceat predicare, ut notat ²⁰ Archidiaconus super quadragesima octavo dist. 'Prohibentur'.

et patet solucio ad obiectus sophisticos. loquitur enim scriptura de predicacione sensibili et notabiliter facta ad aures ecclesie per personam, quam deus mittit ²⁵ ad istud officium.

The church profits more by few good than by many vile priests

et patet ulterius, quod sacerdos debet continue predicare, quia vel disponere se ad istud officium vel aliter interpretari actualiter auribus ecclesie verbum dei, et per consequens sacerdos, cui adest oportunitas, redditur ²⁰ dampnabilis omittendo, cum recipit a deo caracterem officiandi in suo exercitu et proditorie officit consensu tacito cum exercitu diaboli ecclesiam expugnando. ideo prodesset habere numerum talem diminutum, ut dicit canon vicesima tercia dist. cap. 'Tales': 'melius est ²⁵ domini sacerdoti, paucos habere ministros, qui possunt digne opus domini exercere, quam multos inutiles'. et primo Decretalium de qualitate perficiendorum cap. 'Cum Sit' idem dicitur: 'cum sit', inquit, 'ars || arcium fol. 79^b regimen animarum, districte precipimus, ut episcopi pro-³⁰

²⁰ adest cui *B^c*, sed ad lineam, quam vox adest *incipit*, in margine adscriptis cui (*B^a*) omittens delere cui in textu
²¹ caret *B^cD* ²⁶ *A¹* in marg. infer. fol. 79^b cum signo marginali glossavit Melius est, esse paucos bonos ministros ecclesie quam multos malos

⁵ cf. I. Sam. 223 sqq. ¹⁰ intersignum *idem ac in ius vocatio (vel clamor militaris)* ¹¹ cf. C. J. C. I (Decr. I pars) c. 1 Dist. XLVIII pag. 173 ²⁵ cf. *ibid.* c. 4 Dist. XXIII pag. 81 ²⁶ cf. C. J. C. II (Decretal. Greg. IX) I c. 14 Tit. XIV pag. 130—131

movendos in sacerdotes diligenter instruant, quoniam, si de cetero rudes et ignaros ordinare presumpserint, ordinatores et ordinatos ulcioni gravi decernimus subiacere. sanccius est enim, paucos bonos quam multos malos habere ministros'. debent enim episcopi sub pena prodicionis facere, quod de bonis ecclesie ydonei clerici disponantur. quis, queso, dubitat, quin stultum esset, occasione augendi numerum nudo nomine presbiterorum augere capitales hostes ecclesie? et sic, licet ignoremus, qui fient hostes in posterum, stultissimum tamen est, improvide multiplicare inimicos ecclesie a nobis probabili secundum presentem dispositionem.

nam, ut sepe dictum est, possumus habere probabilem evidenciam de vita Christi ex opere per se sensibili, ex testimonio proximi et ex instruccione dei.

unde sex gradus noticie de conversacione proximi ponunt politici, quorum primus vocatur 'omnino occultum', quod est solum notum explicite vivo peregrinanti deo vel ecclesie triumphanti ut bonum aut malum, quod quis facit omnino abscondite aliis conviantibus, preter hoc, quod habent de veritate huiusmodi confusam et universalem noticiam.

secundus gradus cognitorum huiusmodi vocatur 'pene occultum', quando unicus proximorum cognoscit distincte opus, quod sortitur in certa materia nomen consilii.

tercius 'rumorosum' vocatur, quando veritas nar-

To increase the number of merely nominal priests is strengthening the enmity against the church

A sixfold review of the neighbour's life

² ignares *B^c* ⁴ sanccius *B^c*, *vocula non correcta, sed B² in marg. addidit* stanccius ¹⁰ ecclesie (*expunction*) in *A* ¹⁴ cristi ex *AB^c*; *D, sed int. lin. super-scriptis aliquis (?) D¹* cum ¹⁴ cristi et *C* ¹⁶ *A¹* in *marg. super. cum sig. marg. glossavit* Nota de sex gradibus noticie ¹⁷ poletici *B^cCD* ²² universalem correxerunt *B^cD* ²² utilem *C*

¹³ cf. ex. gr. *De Ecclesia cap. XV pag. 347 sqq.; De Civ. Dom. I* (ed. R. Lane Poole) *cap. XVI pag. 110 sqq.; Unpr. Engl. Works* (ed. Matthew) *pag. 409: and siper it mut nedis be synne to fayle fro suyng of crist sqq.*

tive detegitur inter multos ecclesie militantis et sonat comuniter in malum de ruina proximi.

quartus 'famosum' vocatur, quando veritas huiusmodi asseritur probabiliter inter multos. et istud sonat ut plurimum in bonum ut ffama, quam Hostiensis in ^s Summa in principio libri tertii sic describit: 'ffama est illese dignitatis status, vita et moribus comprobatus'; et istud vocatur ffama hominis, que subiectatur in famoso, sed aliter equivoce dicitur ffama publica proclamacio vite proximi ex sola suspicione et incerto autore pro-¹⁰ veniens. et istud vocatur ffama inter homines.

quintus vocatur 'manifestum' vel veritas, in quantum manifestatur, vel publica proclamacio veritatis huiusmodi ex certa sciencia privativi proveniens.

sextus 'notorium' vocatur vel veritas, in quantum ¹⁵ publice proclamatur in populo ex evidencia rei nulla tergiversacione celanda.

et primus gradus est principium prolationis polemice, sed sextus et ultimus est finis, ad quem stat probacio. ²⁰

dividitur autem 'notorium' in tres gradus, scilicet notorium iuris, facti et presumptionis. notorium iuris, quando quis coram iudice confitetur veritatem, vel quando ipsa plene probatur ex testimonio fide digno, et tale notorium inmediate disponit ad iudicium. no-²⁵ torium facti est, quando factum fit publice in facie po-

5 ut om. *B^cD* 6 *A¹ in marg. notavit* quid est
fama 12 vel *AB^cC* 18 polemice (? po-
letice) *cuncti libri* (polece) 21 *A¹ in margine miniatil.*
notorium triplex *C² in marg.*: notorium dicitur tripli-
citer

5 cf. Card. Hostiensis *Summa Aurea* (ed. Lugdun. 1588)
l. III pag. 164^c 7 cf. ibidem: aliud est fama, aliud mani-
festum, aliud notorium, aliud rumor, aliud occultum om-
nino, aliud pene occultum. fama vero duplex est, quia alia
est, quae habetur de homine, alia est fama, quae habetur
inter homines, quamvis hoc de proximo praedicari possit
21 cf. ibid. pag. 164^d: notorium autem triplex est, iuris et facti
et presumptionis; notorium iuris sqq.

puli. sed notorium presumpcionis est, quando aliquid fit in presencia populi, ex quo est veritas insertiti inevitabiliter concludenda, ut posito, quod videamus duos fol. 79d incolumes ingressos || cameram et post in absencia pos puli undique circumspectantis unum occisum et post diligens scrutinium nullum alium fuisse cum eis in camera, tunc occisio illa est presumptio notoria. et quodlibet horum sex dicitur nunc de nominetenus huiusmodi, quando fundatur in falso, et nunc vere huiusmodi, quando veritas est substrata.

difficultates autem sophisticas istius materie possunt periti satis excutere. nam omne verbum est notorium ecclesie triumphanti, et illud, quod est uni populo vel genti absconditum, est alteri manifestum, et e contra secundum, quoscunque gradus volueris.

ideo ista sex non distingwuntur ex opposito in subiecto, sed sufficit, quod raciones eorum sint dispares. nec dubium, quin falsum, nec probatur, nec est in aliquo istorum graduum.

ideo, ut dixi superius, mendacium est causa tocius erroris in legibus. possunt enim iudices et partes illudi ex mendacio testium procuratorum vel advocatorum aut omnium horum simul, quod quantumlibet notorium sit a iudice et mundo absconditum propter ceremonias legis, quas ignari legis nimis ponderant, et e contra quantumlibet falsum potest per fabricata mendacia sophisticari, ut iudex atque ecclesia credat vel reputet, quod sit notorium.

ideo necesse est, theologiam rectificare singulas 30 istas artes. et patet, quomodo laici habent media ordinata sibi a deo, quomodo debent cognoscere sibi ydoneos sacerdotes. nam ex scriptura sacra et legibus ecclesie

A layman is entitled by Holy Scripture and the church law to judge the life of the clerical superior

2 insertiti correxit A 3 videamus correxit B^c, in
fine corr. C videantur D 11 sophisticas istius ma-
terie AB^c istius materie sophisticas C illius materie
sophisticas D 12 verbum correxit B^c 13 trium-
phantii C 32 et C, correxit A ex B^cD

20 cf. supra II pag. 59

in ipsa fundatis patet, quales debent esse episcopi et qualiter ministrare. ex noticia sensitiva partita ecclesie cum direccione et informacione sapientie increate patet, quomodo ecclesia potest discernere, si sacerdotum opera suis regulis conformantur. nec est possibilis sensus ⁵ illusio, nisi peccatum persone vel populi sit in causa.

ideo impossibile est, quin continue ecclesia militans habeat ex operibus rectum iudicium sensuale.

ideo dicit Cristus Joh. decimo: operibus credite, quod, si sacerdotum opera fuerint regule sue diformia, ¹⁰ valde timendum est populo, non quin sint illegales presbiteri, sed quod eorum facinus subditis sit ruina, ut docet Gregorius in Pastoralibus secundo cap.

The priest's moral standard forms the condition for his being appointed

uterius de ordinacione sacerdotum sepe dictum est, cum ingruit bellum asperius atque callidius, necesse est ¹⁵ de capitaneis plus strenuis providere. ideo dicit apostolus prima Thym. quinto: nemini cito manus imponas. conceditur tamen, quod deus et racio naturalis dispensant cum homine, deficiente longevitate et complexionis valetudine, ut cicius coronetur, nec subeat tantam penam, ²⁰ sed semper ac indispensabiliter oportet, quod omni clericorum officio subsit materia proporcionalis quoad mores. proporcionalis dico quoad regimen vel populum, ut deo placuerit de materia ydonea providere.

unde dispensaciones humanas sine attencione ad dis- ²⁵ pensacionem || dei et naturalis rationis creditur ecclesiam

fol. 80a

⁵ inter suis et regulis lacuna exstat in B^c ¹⁰ deffor-
mia A defformia C diffformia B^c, postmodum radendo
correxit D ¹¹ non quin A quin non B^c non quod C,
sed quod expuncto C² in marg. quin scripsit non qui D
13 3^o codd. ¹⁵ D in marg.: as. sed ad quod verbum textus
respiciat, non apparet A in marg. signum marginale (;)
posuit, sed nota, quam haec signa indicare solent, nusquam
invenitur ¹⁸ natura (?) A ²¹ omni B^c; A, iteravit A¹
in marg. si D; C (lin. delet.), sed C² in marg. omnium
26 A in extremo marg. infer. fol. 79 notam memoriam hanc
exhibit: dei et naturalis rationis A² in marg. super. fol. 80a
glossavit Clerici debent vivere expropriatarie in comune

⁹ v. 38 ¹³ cf. Opp. Ser. I 77 pag. 16 (Regulae
Pastoralis lib., pars I c. 2): nemo quippe amplius in ecclesia
nocet, quam qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis
habet sqq. ¹⁷ v. 22

nimum perturbare, ut post primitivam dotacionem ecclesie ordinatum est, quod clericci eciam potiores viverent exproprietarie in comuni et totum residuum corporalis elemosine preter parca necessaria foret pauperibus eccl^sies fideliter dispertitum, ut patet duodecima quest^a tercia 'Quatuor'. sed modo videtur multis, quod clericci et religiosi sunt summi proprietarii et contra regulam Cristi mundo dediti, ut tactum est quarto et quinto huius.

et istam materiam tangit Hostiensis in principio libri tertii Summe sue allegans, 'quod clericci viverent in communi' iuxta illud tertii Decretalium De Vita et Honestate 'Clericis Quoniam', ubi sic dicitur: 'statuimus, ut, ecclesiarum vestrarum proventibus, facultatibus et expensis diligenter inspectis, certum valeatis in eis ponere numerum clericorum, et statuere, ut bona ecclesiarum veniant in commune'; et tricesima altera dist. 'Preter Hec', ubi sic: 'precipientes statuimus, ut presbiteri, diaconi et subdiaconi, qui obedientes predecessoribus nostris castitatem servaverant, iuxta ecclesias, sic oportet religiosos clericos, simul manducent et dormiant, ut quidquid ecclesiis competit, hoc simul habeant'. et simile habetur duodecima quest. prima 'Necessaria' et De Consecracione dist. quinta 'In Omnibus'. nec valet dicere, quod hoc solum competit regularibus et religiosis ut monachis, quia omnes clericci debent esse regulares et

² pociores *D* ⁷ summe *D* ¹² vita et honestate
*B*¹ in marg. iteravit ¹⁵ in eis ponere *ABC* eis imponere *CD* ¹⁷ XXXII scripti, quia Decretum sic testatur ¹⁸ hic *B*^c hoc *CD* ¹⁹ predecessoribus *A*, quod *A*¹ addito in marg. de in ceterorum lectionem emendari voluit ²⁰ sic radendo correxit ex sicut *A* sicut *B*^c

⁵ cf. C. J. C. I (Decr. I pars) c. 37 C. XII q. 2 pag. 696
¹⁰ Card. Host. Summa Aurea (ed. Lugdun. 1588) l. III De Vita et Honestate Clericorum pag. 162^d ⁸ cf. ex. gr. De Civ. Dom. II pag. 15; 21; 70 et in multis aliis; III pag. 193; 201; 216 sqq. et saepe alibi ¹² cf. C. J. C. II (Decretal. Greg. IX) lib. III c. 9 Tit. I pag. 450—451 ¹⁷ C. J. C. I (Decr. I pars) c. 6 Dist. XXXII (§ 2) pag. 118 ²³ cf. ibid. (Decr. II pars) c. 3 C XII q. 1 pag. 677 ²⁴ cf. ibid. c. 34 Dist. V (De Consecr.) pag. 1421

By the priests
now living on
rich endowments
the former ideal
of a poor life in
community with
the brethren
has got lost

religiosi secundum quandam excellenciam in comparacione ad laicos.

item Hostiensis recitans hanc glosam sic loquitur: 'hoc nichil est, quia dicta Decretalis universis episcopis dirigitur'. 'item si solum loqueretur de monachis, frustra statueretur, quod haberent omnia bona in communi', cum hoc observarunt, antequam statueretur, et Archidiaconus super tricesima altera dist. 'Preter Hec' sic loquitur: 'licet Bernardus videatur intelligere hec dicta tantum de religiosis, tu tamen dicas, quod intelligitur de non religiosis sive de non monachis, ut patet ex verbis textus'.

et ideo dixi libro quinto, quod non licet pure clero pro tempore, quo est huiusmodi, civiliter dominari, cum debet vivere exproprietary habendo omnia in communi.²⁵ licet enim sit de honestate, clericos collegiatos dormire, comedere et bona pauperum percipere in communi, ultimum tamen debet omni pure clero convenire, etsi fuerit presbiter ruralis, heremita vel anachoreta. illa enim est religio apostolica, ut patet Act. primo et exponitur cap. undecimo quinti libri.

*Nowadays there
is no difference
between the spi-
ritual and the
temporal lords*

istud autem hodie est sic laxatum, quod vix discernes proprietatem abbatis sive episcopi a civitate regis vel cuiuscunque secularis domini. et tantum sunt bona sua preclusa pauperibus.

unde Hostiensis sic solvit: 'dicit, quod prelatis datur

7 observant <i>B^c</i>	8 XXXII scripsi auctoritatem <i>De-</i>		
secutus	33 ^a codd.	13 <i>A¹</i> in marg. infer.	
<i>cum sig. marg.</i> non licet clero civiliter dominari		14 ci-	
<i>vili B^c</i>	19 anacota <i>AB^c</i>	anachorita <i>C</i>	an-
<i>D</i>	22 discernens <i>AB^c</i>	26 dicit radendo cor-	
<i>rexit D</i>			

³ Card. Host. *Summa Aurea* (ed. Lugdun. 1588) I. III
De Vita et Honestate Clericorum pag. 162^d ⁷ cf. C. J. C.
I (Decr. I pars) c. 6 Dist. XXXII pag. 117 sqq. ¹³ cf. *De*
Civ. Dom. III Summae librum quintum (*cuius 18 priora*
capita Loserthius modo publici iuris fecit), cap. XII pag. 193
20 v. 14 ²¹ cf. *De Civ. Dom. III* pag. 187, ubi JW in
similem modum de decertatione inter apostolos facta, quis
eorum maior sit, fusius disputat ²⁶ *ibid.* pag. 162^d paulo
inferius

facultas hec faciendi, sed non imponitur eis necessitas,
quia papa hoc permisit, ideo non iussit'.

unde est multis ut maxima, quod, si papa scienter
permittit aliquid, tunc est iustum. sed rogo sic lo-
squentes, vigilanter attendere racioni. nonne constat,
quod non sit evidencia sequele de Cristo, qui multa
permittit scienter, que sunt valde iniusta? numquid sic
loquentes volunt extollere hominem super deum nedum
fol.8ob || asserentes, quod non potest omittendo ex desidia pec-
care, sed ex inmensitate sue bonitatis nullum malum
cum ipsa sinere?

*and by a so-
phistical inter-
pretation of
Holy Scripture
they try to hide
this state of
things*

item sicut Cristus permittit oppositum suo precepto
secundum utramque naturam, sic et papa potest per-
mittere iniusticiam precepto suo contrariam. quis ergo
color, si papa scienter istud permiserit, tunc est iustum?
ymmo addito, quod sufficiat istud corrigere, non sequitur
de Cristo, igitur multo magis non sequitur de homine,
qui potest torpendo delinquere.

item, quando isti pape istam comunicacionem sta-
tuerant, tunc fuit iusta, quia ex scriptura sacra autorizata
in tantum, quod moderni doctores Decretorum dicunt,
hoc esse de iure comuni et per consequens de iure poli.

cum igitur non subsit hodie racio iusticie contraria,
cum clerici sunt nunc plus mundo dediti, videtur, quod
nunc sit eque rationabile, servare statutum de expro-
priacione bonorum ecclesie, ut tunc fuit. videtur enim
omnino esse irrationabile, quod nuda omissio unius pape
daret licenciam clero ad vivendum civiliter vel pro-
prietarie contra multa precepta stricta, fundata ex au-
toritate scripture. scimus enim, quia homo est pronior
ad malum quam bonum, ideo ordinat lex, quod accusatus
habeat multos fide dignos ad purgandum, sed sufficit vox
propria ad accusandum eciam dando fidem ad sextum
gradum notorie veritatis.

1 hec *AB^c* sic *C* hoc *D* 2 papa *correxit*
ex propter *D* propter *ceteri libri* 17 igitur *om. B^c*
 18 torpendo *C*, *correxit A* torpore *B^cD* 28 expro-
 prietarie *D* *deleto* *ex*

quomodo igitur non darent testimonia positiva multorum paparum maiorem fidem in ordinacione non suspecta de sapore peccati, quam omissio unius pape, sub quo incepit esse licitum, clericos vivere civiliter, ut modo fingitur? 5

videtur enim, cum ecclesia sit pronior ad malum laxando religionem, quam Cristus instituit, et declinando ad seculum, quod data omissio non daret licenciam clero sic vivere. tunc enim dispensassent aliqui pape posteri viva voce. hoc enim debet credi ut proximum per se notis, 10 quod nemo dispensat, ordinat vel iustificat aliquid contra deum, quia, cum ipse habet principatum in omni tempore, tunc foret contrarius sibi ipsi. ideo vere dicit Archidiaconus super tricesima altera dist. 'Ad Hec', quod notorius fornicator non est principaliter suspensus 15 a canone, sed a deo.

The appropriation of parish churches by the orders is not to be justified by any law

ulterius quantum ad materiam de appropriacione ecclesiarum parochialium religiosis, sacerdotibus prohibitis predicare, dicetur diffuse alias, si deus voluerit.

pro nunc autem dicitur, quod non subest potestati 20 dei vel hominis, ordinare tales appropriaciones, nisi ad expropriacionem civilem et comunicacionem bonorum ecclesie. nec potest quis ordinare alium ad faciendum officium subtrahendo ab eo servicium. tales, inquam, appropriaciones, dispensaciones et correpciones negligentes omissiones possunt ad tantum continuari in ecclesia, quod vocatus cleruſ fflat maxime secularis et per consequens vocata laica fflat ante, quia ex fide, qui-

2 ordinacione correxit A 6 cum ACD ut B^c
 13 D^b in marg.: Archidiaconus 15 suspensis B^c 17 A^a
 in marg. infer. cum sig. marg. glossavit de appropriacione
 ecclesiarum parochialium religiosis 23 faciendum correxit A
 25 appriaciones B^c, omissio compendio correpcionis ACD
 27 secularis omiserunt CD, addiderunt in marg. C^aD¹
 per consequens vocata A pars (in correctura) con-
 sequens B^b pars (tum sequitur rasura) vocata C
 pars consequens (consequens expunctum) vocata D 28 ante
 correxit D

14 cf. C. J. C. I (Decr. I pars) c. 6 Dist. XXXII
 pag. 117 19 alias; cf. Pol. Works, De Nova Praev. pag. 131
 sqq.; Unpr. Engl. Works pag. 97; 116; 190; 223; 236; 518 et saep.

cunque propinquius secutus fuerit Cristum in moribus,
hic est maior.

quarto et ultimo arguitur contra dicta per hoc, quod,
observata regula apostoli de quindecim supradictis con-
fol.80c 5 dicionibus episcopi, non inveniretur materia || ordinandi
presbiteros, ymmo multe partes regule apostolice viden-
tur irrationabiles sibi ipsis atque Decretis contrarie,
non igitur observande. assumptum probatur multipliciter
in processu.

10 sed dicitur ut supra, quod de maturiori materia
debet esse ordinantis eleccio et deficiente omnino apti-
tudine materie ordinacio clerici debet deficere, quia
certum est, quod nullus episcopus ordinat clericum, nisi
prius deus ordinet.

15 nec potest deus inducere formam huiusmodi, nisi
prius saltem naturaliter materia disponatur. ideo a
primo, nullus ordinat sacerdotem, nisi deus prius ipsum
habilitet.

ideo, ut sepe dixi, melius foret, ecclesiam militantem
20 omnino carere clero convivante, vivendo sub regimine
triumphantis ecclesie, quam duci sic per presbiteros vi-
ciosos dicente Decreto quadragesima nona dist. sub

*The priest re-
ceives his true
ordination not
from the bishop,
but from God*

*The church
would be better
off without such
clergy*

3 *A² in margine miniavit* contra dicta arguitur 10 *A¹*
in margine super. cum signo marg. glossavit episcopus non
 ordinat sacerdotem, nisi prius ipse deus ordinat Et mali sacer-
 dotes multum nocent ecclesie 17 primo (? posito) *A*
 20 convivante *de recta lectione librarii dubitasse mihi viden-*
tur: convivante A, (? 9mace) B^c, (? 9mante) C con-
viante D

4 cf. cap. XXII pag. 183 sqq. 17 cf. de hac JWi
thesi Polem. Works pag. 258 19 De Tripl. Vinc.
Amoris (Polem. Works) cap. IX pag. 193: nec dubium,
quin secte fratrum non obstante sqq.; 260; 29; 304;
Dialog. (ed. Pollard) pag. 34; 49: et sic . . . salubre foret
ecclesie, quod non forent papa vel aliqui cardinales, quia
episcopus animarum Jesus Christus cum servis suis fideli-
bus longe melius sine papa et prelatis aliis regeret ecclesiam
militantem. Trial. pag. 431 (Supplementum Trial. cap. V);
lib. IV cap. XXXII pag. 360: Sed eia, milites Christi, ab-
jicite prudenter sqq.; De Dom. Div. cap. XXVII pag. 198
 22 cf. C. J. C. I (Decr. I pars) D. XLIX in principio pag. 175

*for Regulars
and parish
priests thirst
for wealth and
honour,*

autoritate Gregorii: 'solicite formidandum est, ut, qui placare iram posse creditur, hanc ipse ex proprio reatu mereatur. cuncti enim liquido novimus, quia, cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. qui igitur desideris terrenis astrin-
gitur, caveat, ne districti iram iudicis gravius accendens, dum loco delectatur glorie, ffit subditis autor ruine. solerter igitur se quisque meciatur, ne locum regiminis assumere audeat, si in se vicium adhuc dampnabiliter regnat, ne is, quem crimen depravat proprium, inter-
cessor fieri appetat pro culpis aliorum'. quot credimus post dotacionem ecclesie tam religiosos quam curatos sitire honores atque mundi dominia!

et cum secundum Gregorium oracio talium nocet dotantibus, patet, quam spissim nominetenus sacerdotes 15 obsunt ecclesie. unde quasi per se notum fideli accipi-
tur, quod oportet, omnem presbiterum esse sine cri-
mine et per consequens esse irreprehensibilem a mortali,
quia aliter noceret sibi et aliis.

sed obicitur per hoc, quod nemo sine crimine vivit, 20 cum necessitamus peccare continue. item secundum apostolum Gal. secundo beatus Petrus post missionem spiritus sancti fuit reprehensibilis et per consequens in-
digne occupavit summum sacerdotium.

hic dicitur, quod crimen famosius accipitur pro 25 mortali notorio, communiter pro quolibet mortali peccato,

9 adhuc correxit A ad hoc B^aCD 15 quam
int. lin. add. A 18 esse inter lineas add. A, omise-
runt B^cCD 20 B^a in margine sine signo marg. no-
tavit crimen, quod ni fallor, ad mortali addi voluit 23 in-
digne: explicit fol. 402 cod. B; in margine infer. foliis B scri-
psit hic notatur. quod beatus Petrus post missionem spiritus
sancti fuit reprehensibilis secundum apostolum ad Gal. 20
25 B^b in margine iteravit: hic dicitur, quod crimen famosius
accipitur pro mortali notorio, 20 accipitur pro quolibet mortali
peccato, sed largissime sumitur pro quolibet delicto, et patet 25^a
dist. 'Unum', ubi et ex autoritate Ieronymi, quod idem est, epis-
copum esse irreprehensibilem et sine crimen 26 communiter
correxit A D in marg.: crimen C^a in marg.: crimen
accipitur tripliciter

22 v. II sqq.

sed largissime pro quolibet delicto, ut patet vicesima quinta dist. ‘Unum’, ubi docetur ex autoritate Ieronymi, quod ‘idem est episcopum esse irreprehensibilem et sine crimine’, et post prosequitur Decretum secundum expositonem doctorum explanans equivocationem de crimine, et quomodo omnis episcopus debet esse sine crimine mortali, ut in patria sit omnino sine crimine. ‘nomine criminis’, inquit Decretum, ‘quodlibet peccatum intelligimus, sed res pene contra naturam est, ut sine peccato aliquis sit. ideo talis eligatur, comparacione cuius ceteri greci dicantur’.

*while the true
priest is he who
is without,
deadly sin*

verum est itaque, quod omnis sacerdos debet esse sine peccato, sed sub pena amissionis sacerdotii sine mortali, ut Petrus fuit reprehensibilis pro veniali, sicut quilibet est, qui in aliquo deficit facere, quod debet, ^{fol. 80d} sed precipue curatus, qui a sanctitate || vite deficit aut corripere negligit.

unde Decretum ex autoritate Gregorii declarat et per illud Levitici vicesimo primo: loquere ad Aron etc., quales sacerdotes debent iuxta sensum mysticum ordinari. homo, inquit, de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes deo suo, nec accedat ad ministerium eius. et statim subiungitur: si cecus fuerit, si claudus, si vel grandi

2 ibi *CD* 4 secundum *correxit AC* post *B^cD*
 7 omnino sit *B^cCD* 12 verum *C*, *radendo correxerunt*
AB^c verbum *D* non (*expunctum*) est *A* 14 irre-
 prehensibilis *expuncto* ir *B^c* 16 *A¹ in margine infer-*
foli 81^r glossavit Crimen causatur pro mortali, quilibet sacer-
 dos sub perdicione sacerdotii tenetur esse sine crimine et supra
 de eodem, *in marg. super. fol. 81^d* Qualis debet esse sacerdos
 18 et *om. CD* 19 primo 21 *B^c* primo (*expunctum*) 21 *A*
 21, *cui lacuna praecedit D* 21 *C* 19 aron etc. *AB^c*
 aaron etc *C* aaron eciam *D* 20 *B^c in margine*
glossavit hic notatur, quales sacerdotes debent esse, quia
 mundi et sine macula tam in corpore quam in anima

1 C. J. C. I (Decr. I pars) c. 3 Dist. XXV pag. 92
 4 cf. *ibidem: quod autem sine crimine sqq.* 8 cf. *ibi-*
dem § 2: nomine autem criminis quodlibet sqq. 18 cf.
ibid. c. 5 Dist. XXXIII (Friedberg, Lehrb. d. kath. u. evang.
Kirch. R.⁵ pag. 151)

19 v. 2 sqq.

vel parvo aut torto naso, si fracto pede, si mancus vel gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore vel ponderosus.

cecus quippe est, qui lumen superne contemplacionis ignorat, qui temporalium tenebris oppressus temporalia plus conspicit ac diligit quam eterna.

*The qualities of
the priest in the
old testament
allegorised*

claudus vero est, qui, quo pergere debeat, videns retractus ex peccato desidie a progressu in via virtutum torpescit. unde primo Reg. secundo dicitur: pedes ²⁰ sanctorum suorum servabit, et impii in tenebris conticescent, et Ebr. duodecimo: remissas manus et dissoluta genua erigite et gressus rectos facite pedibus vestris.

parvo vero naso est, qui a discrecione bonorum et ²⁵ malorum deficit. virtutes namque cum suis genitis sunt anime ut odores et vicia ut fetores. ille autem habet nasum grandem aut tortum, qui nimis alte vel vite sancte contrarie subtiliat in materia virtutis vel vicii. prodest quippe habere magnam discretionem virtutum, que sint ²⁰ in opere practizate. ideo Cant. septimo de ecclesia dicit Salomon: nasus tuus sicut turris, que est in Libano.

magnanimus quippe odorat bella virtutum et eminenciam vite virtuose discrete ascendit. ille autem ²⁵ habet fractum pedem vel manum, cuius affecio vel operacio ad temporalia declinatur sic, quod viam domini vel opera virtutum omnino facere non delectet.

gibbus est, quem terrene sollicitudinis pondus habi-

2 albuginem <i>B^cD</i>	3 impetiginem <i>expuncto</i> o <i>A</i>
impetiginem <i>B^cC</i> ; <i>D</i> , qui tertio i superscripsit o	5 <i>D</i>
<i>in margine</i> : cecus 8 <i>D</i> <i>in marg.</i> : claudus vero <i>ACD</i>	
quoque <i>B^c</i> est (<i>delet.</i>) est <i>D</i>	quo <i>AB^cC</i>
primo <i>D</i> pergere <i>C</i> pergere <i>A</i> , (?) <i>D</i> per-	
gere <i>B^c</i> 10 20 <i>codd.</i> (?) 20 15 <i>D</i> <i>in margine</i> :	
parvo naso naso <i>correxit B^c</i> , <i>in margine iteravit Bi</i>	
18 nasum <i>correxit B^c</i> , <i>in margine iteravit</i> nasum, <i>quod vix</i>	
<i>legi potest. B¹</i> grandem nasum <i>D</i> , sed lineis superscriptis	
mutavit in nasum grandem 20 sint <i>correxit A</i>	

10 I. Sam. 29 12 v. 12—13 19 subtiliare *verbum*
transitivum a subtilis: *subtilem reddo, extenuo* 21 v. 4

tualiter deprimit, de quibus dicitur Ps. sexagesimo nono: *dorsum eorum semper incurva.* de qua adhesione pavimento psalmista conqueritur Ps. tricesimo octavo: *incurvatus sum et humiliatus sum nimis.* hii
non considerant, quomodo omnes sensus fundantur in capite, quod in homine solo erigitur versus celum, quia tota operacio animalis hominis debet fundari in ratione, que debet se ad sapiencialia semper erigere.

lippus vero est, cuius ingenium opera carnalia fluxu
lubrico confundunt et in sensum reprobum caligare faciunt, cui Apoc. tercio dicitur: *colirio ungue oculos,* ut videas, hoc est, intencioni vel ingenio mixturam bone operacionis, devote oracionis et sancte contemplacionis adiunge.

albuginem vero habet in oculo, qui lucem veritatis sine arrogancia, quam diabolus infigit, videre non sinitur. tales enim dicentes, se esse sapientes, stulti facti sunt, quoniam nigredinem pupille albor pharizeorum preoccupat.

iugem vero habet scabiem, cui carnis petulancia pruriens adheret continue.

impetiginem habet in corpore, qui avaricie macula decorrem membrorum i. e. operum dilatando deturpat, quia prima fol. 8ra Thym. sexto: *radix omnium malorum || cupiditas.*

ille autem dicitur ponderosus vel hermosus, qui ab opere extrinseco nephando luxurie se preservat, sed pravis cogitationibus et affectionibus usque ad genitalia descendantibus pregravatur in tantum, quod quandoque ex abundancia cordis hernia spiritualis prorumpit in vocem scurilem et lubricam.

1 LXVIII^o codd. 3 XXXVI^o codd. 5 sensus corr. B^c
15 videre (*quod delevit*) infigit A 17 quon. C, in corr. A
quia B^cD nigredinem *correxit* B^c albor *primam*
partem vocis *correxit* B^c, in margine al B¹ 18 pruriens bis
D, sed alterum expunxit 23 ponderosus B^c 25 affectacio-
nibus B^c 27 hernia *in exitu correxit* C hernici AB^cD

1 v. 24 3 v. 7 10 caligare = *obscuratum esse; apud*
medicos de vitio oculorum dicitur 11 v. 18 colirium
(χαλύπιον) *unguentum oculorum significat* 16 cf. Rom. I 22
18 iugis *idem ac continuus, perpetuus, perennis* 20 impetigo
significat summae cutis asperitatem cum squamis et tufuribus,
et ita dicta est, quia corpus impedit scabei instar 22 v. 10
23 hermosus *idem incultus* 27 hernia = *castratio vel*
tumor in scroto (german. Bruch als Leibesschaden)

sacerdos itaque habens has undecim maculas vel aliquas earum offert panem pollutum, inficiens gregem suum, quia, sive oraverit sive celebraverit vel quodcunque bonum de genere fecerit, cum demeretur sibi continue, non video, quomodo subditis mereretur. et cum opus ⁵ suum non possit esse neutrum subiectis suis, videtur, quod oves suas continue inficit vel retardat. unde Gregorius diluere profecto aliena delicta non valet, quem adhuc propria devastant. sicut enim caritas incipit a se ipsa, sic et meritum. ¹⁰

constat tamen, quod per accidens occasione accepta contigit, peccatum prepositi sicut quodcunque malum proficere, sed loquimur de per se profectu vel merito, quod ex dei beneplacito et natura bonitatis moralis faciendum est, cuiusmodi non est aliquod opus presbiteri, ¹⁵ quod non perficitur caritate.

nec est color, si peccator per accidens michi proficit, tunc debeo appetere, quod sic agat, cum profectum peccati, qui est maior dampno suo, debemus appetere, sed ipsum peccatum in se penitus detestari. ²⁰

possunt autem omnes condiciones presbiteri reduci ad quindecim vel quemcunque alium numerum, cum virtutes singule sint connexe.

*The right
bishop, dead to
the world,
watches over
his flock with
thousand eyes*

unde satis est episcopo secundum Crisostomum, quod vigilet continue et sit cum carne et seculo crucifixus. unde secundum Crisostomum episcopus debet habere mille oculos, ut, si uno dormierit, alio vigilet ad custodiā gregis sui. modo vero vertitur in proverbium, quod episcopus habet mille oculos ad nocen-

6 suis C, *in margine add.* A¹ om. AB^cD 8 diluere C, *correxit* A deluere B^cD 22 ad quindecim ad quindecim A, *sed delevit vocabala iterata* ad quindecim ad undecim vel B^c ad 25 ad 21 vel C ad 15 ad 11 vel D 24 A¹ *in marg. super. cum sig. marg. notavit* Sacerdotis condiciones quindecim 25 et seculo C; A, *qui et correxit* a seculo B^cD

1 cf. *supra pag. 256* 7 cf. *Opp. Ser. I 75 pag. 630*
 9 cf. ea, quae de hoc proverbio apud Anglos hucusque usitato *supra dixi pag. 199* 22 cf. *supra pag. 183 sqq.*
 24 haec verba Chrys. et libro et capite in incerto relictis nusquam in illius opp. inveni; fortasse JW in mente habuit In Joh. Homil. LX, cf. *Opp. S. Gr. 59 pag. 328 sqq.*

dum. crucifixio vero pertinens est ligacio affectionis et operis, ut ob amorem crucifixionis Christi non prosiliant in secularia desideria vel actus carnales. *funes* autem vel clavi, quibus cristianus affigitur isti cruci, sunt caritatis vincula a trinitate prodevincia, profundabiliter usque ad infimam creaturam, latitudinaliter secundum extensionem mundi et numerum causatorum, sed longitudinaliter secundum duracionem creaturarum a mundi principio in eternum. qui enim cruciat se cum carne et mundo alligans pedes et manus interioris hominis, ne evagentur, sed fingantur transversaliter in amore istorum, secundum gradum, quo naturaliter sunt amanda, manet, quamdiu durat, ex eis penalitas cum eis reciproce crucifixus. totum namque mundum cum carne hominis possunt sancti gemere, quounque sint posita in sua ultima perfeccione pro die iudicii, ut patet per beatum Ambrosium, epistola tricesima quarta exponentem illud apostoli Rom. octavo: omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc, et probat hoc de sole et luna et ceteris.

uterius dicitur, quod assumitur impossibile de irrationabilitate vel repugnancia textus apostoli cum quilibet veritate, cum sit scriptura sacra, cum qua nec papa nec angelus de celo poterit dispensare, ut patet vice-

^{fol. 81^b} sima quinta quest. prima 'Sunt Quidam', ubi dicitur:

1 crucifixio *CD* crucifixo *B^c*; *A*, sed litterae o super-
scripsit *A* i 3 'funes' scripsi fimes *C* fimes *D* simes
(?) *A* penes *B^c* 4 hic *D³* in marg. figuram quandam
quattuor lin. transversalibus effectam # posuit, iuxta quam
1 invenitur; quid significet, haud scio 5 *A¹* in margine
notavit vincula karitatis sed correxit *A* 14 mundum
in correctura *A* 15 sint *B^cC*; *A*, sed in margine *A¹*
posuit cum sig. marg. fuit (?) 17 21^a codd. 19 sole
luna *B^c* 22 repugnancia primam partem vocis correxit
in loco raso *A* hic in cod. Oxoniensi propter membranae
scissuram non pauca deesse appareat 24 *A²* in marg.
super. glossavit Papa non potest dispensare contra apostolum
nec contra aliam sanctam scripturam

*Even the pope
is bound by
Holy Scripture,*

16 cf. Opp. Ser. I 16 pag. 1075—1076

18 v. 22

25 cf. C. J. C. I (Decr. II pars) c. 6 C xxv q. 1 pag. 1008

as it is in-
fallible and the
necessary
standard of
truth

'si papa, quod docuerunt apostoli et prophete, destruere,
quod absit, niteretur, non sentenciam dare, sed magis
errare convinceretur', quia, cum scriptura sit infallibilis
et necessaria regula veritatis, hoc foret autorizare falsi-
tatem et sic mendacium. unde nemini licet scripture ⁵
sacre sentenciam abrogare, ut palam patet vicesima quinta
quest. prima. idem scribit papa *Leo*: 'que ad perpe-
tuam generaliter ordinata sunt utilitatem, nulla com-
mutacione varientur, nec ad privatum trahantur como-
dum, que ad bonum sunt comune prefixa'. sed quid foret ¹⁰
tale, si non regula apostoli de condicionibus sacer-
dotum?

et hinc ostendi, tantum robur autoritatis esse in
scripturis, sicut et dicunt quotlibet canones, ut vicesima
tercia quest. quinta 'Quid Ergo', ubi ex autoritate Iero- ¹⁵
nymi probatur, quod 'deus non iudicabit bis in id ipsum
in tribulacione', quia scriptura divina dicit hoc Naum
primo: 'si igitur post plenam penam puniti postea puni-
untur, scripture menciuntur, quod dicere nefas est'. et
idem patet vicesima prima et vicesima altera dist. per ²⁰
hoc igitur probatur, quod quelibet pena temporalis debet
accipi cum contricione voluntaria pro mortali, quia tunc
deus non puniret eternaliter, eo quod pena contricione
interpolatur, et sic bis puniret, et aliter foret una con-
tinua pena perpetua. ²⁵

4 necessarie *B^cCD* regula omiserunt *B^cDC*; *A*, sed
in margine addidit *A¹* 6 palam corr. *A* paleam *B^cD*
7 'Leo' scripsi, quippe quem Decretum testetur Hil-
larius codd. 10 confixa *B^c* 13 veritatis (*ex-*
punctum et deletum) autoritatis *A* 14 dicunt *A* de-
bent (?) *B^cCD* 15 ergo scripsi, auctoritatem *Decreti se-*
catus 17 *A¹* in margine addidit
deus nec iudicat nec punit bis in id ipsum 18 post *ra-*
dendo corr. *A* 20 20^a et 21^a codd. 24 interpellatur (?) *A*

6 cf. *ibid. c. 8 pag. 1009*: *quod contra euangelicam uel*
propheticam uel apostolicam doctrinam actum fuerit, ne-
quaquam stabit, et quod ab infidelibus uel hereticis factum
fuerit, omnino cassabitur; cf. etiam ibid. c. 6 et c. 3 pag. 1007
7 cf. *ibid. c. 3 pag. 1007* 11 cf. *supra pag. 183*
14 cf. *ibid. c. 6 C. XXIII q. 5 pag. 931* 18 v. 9 20 cf.
C. I. C. I pag. 843—860

sed arguitur tripliciter contra regulam apostoli supra-*Three objections:*
dictam.

primo igitur obicitur, quod oportet secundum apostolum et quotlibet leges, quod omnis episcopus sit pudicus, sed cum pudicicia potest ecclesia dispensare. ideo potest idem cum condicionibus aliis, quas ponit apostolus. nam tricesima prima dist. ostenditur ex scriptura, quod licet sacerdotibus uxorari. unde in fine sic colligitur: ‘hoc autem ex loco intelligendum est, quod orientalis ecclesia, cui septima sinodus regulam vivendi prescripsit, votum castitatis in ministris altaris non suscepit.’

unde Stephanus papa ait: ‘aliter se habet Orientarium tradicio ecclesiarum, aliter huius sancte Romane ecclesie. nam eorum sacerdotes, diaconi ac subdiaconi uxoribus copulantur, istius autem ecclesie vel occidentalium nullus sacerdotum a subdiacono usque ad episcopum licenciam habeat coniugium sorciendi’. cum igitur locorum differencia, complexionis fragilitas, deincepsio sive prescripcio non excusat, quin pari evidencia, qua carnalis copula alicui sacerdoti sit licta et cuilibet vel e contra, videtur, quod omnis sacerdos vel nullus tenetur esse agamus.

hic dicitur ut libro quinto capitulo *primo*, quod omnes

1 *A¹ in margine minio*: Contra dicta 4 *D⁸ hunc
locum in marg. figura manus ad lineam ad picta praeter cetera
notari voluit* 10 *septima in corr. D A¹ in marg. notavit
synodus septima; praecedit rasura* 13 *orientalium compendio omissio B^c* 17 *sacerdotis in fine correxit C
sacerdotum in exitu corr. D hic foramen illud membranae, de quo supra dixi pag. 259₂₂, revertitur in aversa
charta cod. Oxon.* 18 *sociandi (expunctum) sorciendi A
sorciandi D 24 5^o cap., sequitur locus vacuus (quem
explevi) AD 5^o 6^o cap. B^c*

6 cf. *supra pag. 183 sqq.* 7 cf. *C. J. C. I (Decr.
I pars) c. 1; 2; 4; 10; 12; 13; 14 Dist. XXXI; c. 3; 7;
14 Dist. XXXII* 9 cf. *Dist. XXXI c. 13 pag. 115* 10 cf.
ibid. c. 14 pag. 115 13 cf. *ibid. c. 14 Dist. XXXII* Stephanus IX papa sedet ann. 1057—1058 24 cf. *De Civili Dominio lib. III (i. e. liber quintus Summae, cuius priorem partem Loserthius brevi ante in lucem edidit) cap. 1 pag. 5: oportet omnem christianum profiteri tam anime quam corporis castitatem sqq.*

1. Can the church release the priest from the vow of chastity?

clericis, sicut et omnes homines tenentur servare castitatem, cum omnis fornicacio sit mortalis. in primitiva tamen ecclesia ordinati sunt coniugati monogami in episcopos, qui communiter continenter vixerant ex consensu, et sic continuata est talis copula in orientali christianismo usque hodie.

In the apostolic church the priest was the husband of one wife

sed ut dicitur capitulo ‘Quoniam’, oportet eos, qui altari ministrant, in tempore oblacionis sanctorum continentes esse in omnibus. nec video, quin licet dispensare ubique terrarum cum uxoratis, quando non sunt alii tam habiles graduandi, ut maneant sacerdotes cum uxore despontata, virgine et filiis.

Chastity and matrimony do not contradict each other

sed oportet, omnem sacerdotem ubique terrarum et semper servare castimoniam, licet per vices debitum uxori reddiderit. que, queso, racio, quod in confinio cristianismi in una villa sint licite presbiteri uxorati et in villa proxima non liceat permettere, || presbiterum fol. 81c coniugari. numquid credimus, minus malum fuisse, coniugatos literatos et castos gubernacioni ecclesie et domus sue nitentes stante coniugio ordinari presbiteros, quam nos extra matrimonium post votum continencie cognoscere omne genus mulierum ut meretrices, coniugatas atque viduas et virgines, ymmo proprias filias spirituales? primum quidem est malum ratione imperfectionis, qua vir serviret uxori nimis carnaliter, ut in sacerdocio contrahat tam altum spirituale matrimonium cum sponso ecclesie, sed non videtur sapere mortale ex natura rei, dicente Decreto tricesima prima dist.: ‘ut’,

⁵ A¹ in margine infer. cum sig. marg. glossavit ad hunc locum de coniugatis sacerdotibus et de ecclesia orientali nitentes A² in margine emendando addidit intentos B^cCD, A in textu tante B^c 23 atque viduas C om. B^cD; A, sed A² in marg. addidit 24 imperfectionis C perfectionis B^cD; A, sed in inter lineas addito emendavit A¹ B² in margine sine sig. marg.: huius

⁷ cf. C. J. C. I ibid. c. 13 pag. 114
(Decr. I pars) c. 11 Dist. XXXI pag. 114

²⁸ ibidem

inquit, ex hiis auctoritatibus apparet, sacerdotes uxoribus, quas in laicali habitu vel minoribus ordinibus constituti sibi legitime copularunt, necessaria sibi ministrare, debita reddere, nec non valent'. sed absit, ex istis credere,
 5 quod liceat episcopo vel diacono, extra matrimonium cuiquam commiscere vel extunc de novo contrahere vel bigamum in presbiterum ordinari vel presbiterum cum presbiterissa die, quo celebraverit, commisceri. cohabitare possunt et sacerdos uxori et filiis de vite neces-
 10 sariis providere.

sic enim creditur de quibusdam apostolis uxoratis, postquam sunt facti episcopi.

aliis autem videtur, quod licet sacerdoti tali pro oportuno tempore uxori debitum reddere, ymmo in loco
 15 occidentalis ecclesie, ut posito, quod grecus episcopus coniugatus veniat Romam cum uxore et liberis, tunc sicut in Grecia sacerdocium et coniugium sunt idem subiecto legitime, sic, ubique sacerdos migraverit, dum non peccaverit aliunde. locus enim non per se
 20 inficit neque sanctificat.

michi autem videtur, quod omnis sacerdos coniugatus debet abstinere a carnali connubio nec presbiterari, antequam deobligetur quoad redditio[n]em debiti, sicut episcopus coniugatus debet seiungi a plaga cristiani
 25 anismi occidua quoad cohabitacionem cum sua uxore, si inde occasione data scandalum generetur. —

secundo principaliter arguitur contra textum apostoli et Decreta per hoc, quod apostolus eque vel plus prohibet cupiditatem presbiteri sicut luxuriam, et non eque puni-
 30 untur dicta peccata eo, quod actus connubii sit sacerdoti in Oriente licitus, cupiditas autem ubique illicita, et cum in ecclesia occidentali carnalis copula punitur

Therefore a priest may marry

2. Why is avarice and luxury not punished by the church just as well as unchastity?

1 inquit, ex hiis auctoritatibus apparet *AB^c* inquit.
 apparet ex hiis auctoritatibus *C; D, sed lineis superscriptis mutatum in ordinem codi. AB* 7 bigamum in corre-
 tura *A* bigamiam *D, sed corredit D² in margine*
 bigamum 8 celebraverant (?) *D* 18 subiecto vitiouse
 breviavit *B^c*, emendavit in margine *B¹* addito subiecto
 21 *D² in marg.*: Nota opinionem propriam illius doctoris

acutissime in presbitero et non cupiditas, ymmo laudatur a populo. et videtur ex permissione pape hoc scientis, quod dispensatum est cum avaricia sacerdotum.

Either of them is a deadly sin hic dicitur, quod tam cupiditas quam luxuria prohibetur generaliter, cum omnis talis necessario sit mortal is, actus tamen connubii in matrimonio est licitus et meritorius concomitans castitatem, ut patet.

de punione vero luxurie sacerdotum signate sunt libro quinto capitulo . . . cause multiplices, quarum aliique sonant in laudem perfectorum et aliique in eorum virtutem. sed quod cupiditas non sic punitur, est, vel quia punitores sunt in eadem dampnacione cupidinis, ideo eru^bescunt dampnare manifeste cupidinem, cum eam fol. 8rd publice coniugarunt; vel secundo, quia videtur, cupidinem non sic perturbare rempublicam sicut luxuriam, quin pocius edificare ecclesiam; vel tertio, quia cupiditas est venenum in mente absconditum. ideo eius cognitio est multis difficilior, cum non sit sensibilis sicut luxuria.

sed revera videtur michi, quod cupiditas sit peccatum gravius et plus nociva ecclesie. ideo sunt leges proportionaliter aspere ad destrucionem cupiditatis ordinate.

nam cupidus ut sic contra naturam est blasphemus,

7 castitate AD patet. sequitur lacuna, de ACD
patet ca. 6^o (ambo in loco raso) patet B^c 9 c^o, tunc
post lacunam cause ACD ca^o 8 (8 in loco raso postmodum
addidit aliquis) cause B^c 10 perfectorum B^c, omisit A,
addidit in margine A² prefectorum CD eorum
in B^c 13 A² in margine infer. fol. 81^c notavit arguitur
contra dicta de dispensacione pape contra apostolum cupidinem manifeste B^c, sed lineis superscriptis mutatum in
manifeste cupidinem 14 A² in marg. super. cum sig.
marg. glossavit Cupiditas est nocivior quam luxuria, paulo infra eadem manus: sed quare non sic punitur sicut luxuria
21 cupidinis B^c C 22 sic contra C sic est contra B^c
sic est (est expunctum) contra D sic est (est linea
delet.) contra A

9 cf. *De Civ. Dominio lib. III* (i. e. liber quintus Summae) cap. 1 pag. 15, sed dubito, an turpes sacerdotum mores, hoc loco recitatos, JW in animo habuerit causas, in libro quinto Summae a JW prolatas, conferre non potui, quia altera pars libri hucusque publici iuris non facta est

cum secundum esse, quod preter naturam habet, plus diligit, et sic contra naturam ipsam constituit deum suum, dicente apostolo Eph. quinto, quod avaricia est ydolorum servitus, sed diligere astrum vel hominem non tantum exorbitat a natura. unde Decretum quadragesima septima dist. 'Sicut Hii' satis acute invehit contra clericos possessionatos sub autoritate Ambrosii, ostendens, quomodo avaricia habet artem nequissimam, occupationem turpissimam et excusacionem callidissimam. 'avari', inquit, 'per insaniam mente translati sunt, ut sepe non res ipsas, sed passionis sue fantasias vident'. nam 'vinculis cupiditatis astricti aurum et pecunias sompniant in occulto, et calculando pecunias plus quam mandata decalogi graciis intuentur ipsas quam celum, in tantum, quod ipsa oracio ad dominum aurum querit. ars autem eius est fraus et usura. sacietatis autem avaricie non est finis, sed ait avarus: quid iniustum est, si, cum aliena non invadam, propria diligencius servo? o impudens dictu! propria dicis, que ante nativitatem tuam 20 comunicata fuerint seculo, quando in hanc ingressus es lucem, quando de ventre matris existi? quibus, queso, facultatibus, quibusve subsidiis stipatus ingressus es mundum? proprium nemo dicat, quod est commune, quia plus, quam sufficeret sumptui, violenter optentum est. numquid iniquus est deus, ut suis non equaliter distribuat, ut prodest, vite subsidia? nam ut tu experireris benignitatis dei insignia, voluit, ut tu esesses effluens et abundans. aliis vero denegat temporalia et egent, ut per virtutem pacientie coronentur. tu vero suscepisti dei munera et in sinum tuum redactis nichil

15 dominium *B^c* 16 inter eius et est locus abrasus *D*
 sacietatis *C* saientis (? sacietatis) *AB^cD* 17 fraus
 (? expunctum) finis *D* 20 fuerint correxit *A^a* in
 margine fuerunt *C* sunt *ABD* in *textu* ingressis *B^c*
 'es' scripsi est codd. 21 quomodo *A* 28 non
 denegat *B^b* 30 redactis *AB^c* reconditis et redactis *C*
 reconditis (expunctum) redactis *D*

3 v. 5 5 C. J. C. I (Decr. I pars) c. 8 Dist. XVLVII
 pag. 171

reputas agere iniquum, si iam multorum vite subsidia solus optineas. quis enim tam iniustus, tam avarus, quam qui multorum alimenta suum non usum, sed habundanciam et delicias facit? neque enim minoris est criminis, habenti tollere, quam, cum possis et habendas, indigentibus denegare. esuriendum enim panis est, || quem detines, nudorum indumentum, quod reclidis', fol. 82a ut recitatum est capitulo proximo de tercia decima condicione presbiteri.

olim enim fuit pro regula, quod omnes clerici haberent omnia in comuni, de quibus acciperent parca vite necessaria, de quanto promovent ad suum officium, totum residuum distribuendo pauperibus.

*of the state,
the poor and
the clergy*

unde periculosior morbus est cleri, quod sic fastu seculi et questu temporalium sit infectus. hoc ipsum facinus nedum intoxicate sacerdotem, sed iniuriatur pauperibus et perturbat rempublicam, cum propter temporalia et honores insurgit totum bellum gencium et dissensiones ecclesie.

nec desunt pene per leges taxate, sed desunt, qui leges positas practizarent, quia secundum Archidiaconum avaricia excecat oculos prelatorum, sicut stercore yrun dinum oculos Tobie cecaverant.

nec credatur, quod papa potest dispensare ex negligencia correpcionis cum avaricia sacerdotum, sed pocius minatur ruinam eorum et accumulat tormenta in populo.

deus enim cum scriptura sua taxat penas peccaminum proporcionaliter ad suam gravedinem.

et si non fallor, longe gravior est culpa avaricie

7 indumentum *AB^cD* vestimentum *C* 14 morbus est cleri *D* moibus (*expuncto i et superscripto r*) est cleri *A* est morbus cleri *C*; *B^c, sed lineis suprapos. mutavit aliquis (B²) in* morbus est cleri 15 ipsum *A* nam que *B^cCD* 16 facinus *CD* facimus *B^c; A, sed uno puncto subscripto mutavit in* facinus 22 oculos *ACD* animos *B^c*

8 cf. cap. XXII pag. 198₁₅ 17 cf. Polem. Works, Crucifix 590: propter honores mundanos et secularia dominia... contencio est exorta; De Cristo etc. pag. 688 23 cf. Tobiae 2₁₁

quam culpa luxurie. utraque tamen perplexe fulsit alteram, avaricia tamen tamquam tyro primus generaliter excecans ecclesiam viam preparat ad mala alia, que sequuntur.

5 ideo dicitur communiter, quod, sicut pellis ovina scripturam non suscipit, antequam pili lane radicitus sint extracti, et post pori sint puteo calcis et humidi fetidi obturati, postea vero in lignis extensa suscipit abrasionem pigwedinis ad superscriptionem ultimum 10 complementum, sic anima clerici non suscipit inscriptionem sapiencie sine digito dei, nisi pili affectionis temporalium sint extracti et pori in fovea contricionis amare usque ad reputacionem stercorum obturati, postea vero terrestriati carnis et seculi crucifixi et siccatai 15 caritate solis iusticie, ferro verbi dei omnes affectiones terrestres vel carnales radicitus sint abrase. sic enim preparavit scriba summus membranam in suis apostolis, antequam eis legem suam inscripserat. —

sed tertio principaliter arguitur contra dicta, quod 20 doctrina magis necessaria primitus est discenda, sed sacri canones, qui docent active regulare ecclesiam, sunt plus necessarii, igitur sunt primo omnium adiscendi.

*3. Should not
the church
laws, as the
more important
factors for the
realities of life,
be preferred to
Scripture laws?*

et cum vix sufficit etas hominis, ipsos adiscere, videtur, quod de scriptura sacra non restat studium, vel, 25 si sic, hoc foret secundum paucos theologos, qui possent fidem faciliter seminare. sic enim erit ecclesia quasi regina circumdata varietate, dum habet in se varium officium ministrorum, ut quilibet eorum instar membrorum corporis || iuvet reliquum.

fol. 82^b

3 exccas *B^c* compendio neglecto 5 *B³D⁵* in margine: Nota *A²* in marg. infer. glossavit Remedium clero contra avariciam 8 et postea *B^c* 11 sine *A* divine *B^cCD* 15 iusticie corredit *B^c*, addidit *B¹*, sed vix legi potest 19 per hoc quod *B^c* *A²* in marg. notavit arguitur pro canonibus 23 hominis: incipit fol. 167^a cod. *D*; in margine super. *D⁵* glossavit nota, quod canones primitus sunt discendi 27 habet (? licet) *B^c* 29 *A²* in marg. super. fol. 82^b addidit nota de Iure totum hunc processum

7 puteus = fodina vel fovea (fossula) 8 fetidum: quod foedet, male olet 14 terrestrias = materia terrena .

*The church
laws drew
their validity
from Holy
Scripture*

hic dicitur, quod totum argumentum videtur michi utrobius verum assumere. nam verum est, quod sacri canones scripture sacre sunt maxime necessarii et primo omnium adiscendi, cum omnes alie regule sunt deo et ecclesie sue odibiles, nisi de quanto fundantur in scriptura ^s sacra, et, ut patet ex capitulo proximo et fide catholica, scriptura sacra excedit omnes humanos canones in utilitate, in autoritate et subtilitate.

ideo cum non mediocriter errant, qui minus bonum magis bono preponderant, ut patet De Consecracione, ¹⁰ dist. quinta, manifestum est, ut arguit canon et sepe recitatum est, multum errant sacerdotes, qui postposita lege divina insudant humanis legibus. iura autem canonica secundum magnam partem sui non sunt nisi abreviaria legis divine. ¹⁵

*But 'the queen
of learning' is
now
dishonoured
and the church
law more
corrupt than
even the
heathen laws*

ideo non recedunt a nomine theologi, qui compendiosius exhausti aquam sapientie in suis rivulis vel impotentes ad radicibus atque subtiliter extrahendum aquam illam de fonte proprio. sed heu! domina scientiarum est connixta cum spurio, cum nimis magna pars ²⁰ iuris canonici permixta sit cum tradicionibus gentilium, non secundum illam partem, quam lex nature edocuit, sed secundum partem, quam tradiciones et ambitiones humane docuerant, in tantum, quod lex canonica, que debet esse mere evangelica, occasione dotacionis ecclesie ²⁵ versa est in abieccorem legem civilem quam leges gentium. et totum est ad inducendum, quod clerici debeant civiliter dominari.

oportet enim, quod leges mensurent dominia, et hinc ecclesiastici et decretiste ex eo, quod regula Christi ³⁰ relicta mundum sapiunt, colant ex iure canonico civili-

6 et om. D; C, sed idem addidit in margine	7 et	
scriptura B ^c D; A, sed et linea delevit aliquis (? A ¹)	om. C	
humanas AD	8 in ACD et B ^c	16 theologie A
17 vel A ¹ in marg.	omiserunt cuncti	26 abie-
ciorem radendo correxit B ^c ex obieccorem		30 et omi-
serunt B ^c CD		serunt

6 cf. pag. 231 10 C. J. C. II c. 24 De Consecr. c. 24
Dist. V pag. 1418

tatem gentilium, sentencia legis divine penitus derelicta, sic quod titulus de eleccionibus, de prebendis et de appellacionibus cum aliis, que contencionem sapiunt et lucrum seculi, extolluntur multipharie ultra nubes, sed 5 théologia Decretorum docens, quomodo clerci debent vivere, censemur ut palea, cum tamen a principio non fuerint leges civiles, nisi ex abundanti ad habendum testimonium ab hiis, que foris sunt, occasionaliter introducte.

10 sed miror de perversione ista specialiter propter tria. primo, quia lex civilis commixta cum canone repugnat ut plurimum privilegiis et dominio, que vendicat dotata ecclesia. quomodo igitur adisceret legem illam tamquam autenticam, que in puncto, quod tantum ponit 15 derat, ita patule adversatur et reputatur heretica? nam secundum Augustinum, si scriptura in aliqua parte sui a veritate defecerit, quidquid aliunde dixerit, est suspectum. quomodo igitur arguerent legiste ab autoritate iuris infidelium, qui martirizarunt membra ecclesie, cum 20 corpus illud iuris reputant omnino hereticum, iuri suo atque dominio contrarium?

item propter pertinenciam et necessitatem sacerdotum ad legem scripture ordinatum est, quod audiens per mensem ius civile vel artem medicine suspenditur. fol. 82c₂₅ si igitur civilitas || permixta cum iure canonico sit tam legi Christi contraria, sicut lex civilis vel Ypocratis, quare non forent studia illarum legum prohibita, ymmo eo pocius, quo introducta ex abundanti ad colandum leges ecclesie ipsas inficiunt?

7 fuerunt *B^cD* 8 ab hiis *om. CD* 20 reputent *CD* 21 dominio (? divino) *A* 22 divisio *C, sed C²*
expunxit emendans in margine dominio 23 sacerdotum
in fine radendo corr. B^c, add. in marg. B¹ tum 23 est
 per mensem *B^c, sed B¹ in marg. quod. B²* quod audiens *ad-*
diderunt 25 *A¹ in marg. super. fol. 82c* glossavit quare
 Iura humana deberent prohiberi 28 collorandum (?) *D*
 colorandum (?) *C*

16 haec verba Aug. et capite et libro in incerto relictis
 nusquam in eius opp. inventi; in rcm cadunt quae Aug. de
 ratione Scripturae Sacrae tractandae egregie disputat Opp.
 XI 693; XII 754; IV 790; 806; 813; III 33 sqq.

Civil law stands in contrast with the privileges and worldly dominion of the church

*Therefore
priests are
forbidden to
study it*

videtur enim esse triplex causa, quare huiusmodi scienciarum studia prohibentur. prima, quia distrahunt a studio divine sapiencie; secunda, quia generant contenciones et lites contra legem regis pacifici, ut patet proximo capitulo de duodecima condicione episcopi;⁵ et tercia, quia doctrina magis necessaria est merito preferenda. nonne credimus, omnes has causas concludere, quod decretiste nostri non tantum intendant causis ci-vilibus medulla sue sentencie pretermissa? tercia causa est, Cristus voluit suos clericos pure secundum legem ¹⁰ suam, que est per se sufficiens, regulari, quomodo igitur auderet quis temere ad gravandum legem Christi et alli-ciendum suos apostolos ad vitam contrariam civilitatem introducere?

*Christ's law,
which has made
the apostolic
church the
prototype for
all times,
suffices for all
clerical work*

sufficit enim lex Christi ad suscipiendum et distri-¹⁵ buendum quascunque elemosinas, ad faciendum quas-cunque legitimas obediencias et ad faciendum quascunque ordinaciones ecclesie edificatorias. nonne credimus, apostolos omnia ista secundum legem ewangelii perfeccius complevisse, quam complentur hodie secundum tradici-²⁰ ones hominum introductas? ipsi enim non creduntur habuisse prelatum sive prepositum, nisi quem deus ex preeminencia laboris et humilitatis instituit, sed quilibet fuit obedienciarius dominus et servus alteri.

et sic sine contencione dignitatis primatus in honore ²⁵ quoad condicionem aliquam proximum preferebat, nec quisquam eorum cupivit post ascensionem primatum in alium, sed concorditer initentes legi capitis ecclesie

¹ *C² in marg. glossavit* Nota triplicem causam, quare leges civiles prohibentur sacerdotibus ⁶ tercio *CD* ⁷ hic *C¹* in marg. figuram in speciem numeri ¹ effectam posuit et lineam per eam duxit ⁹ sentencie *A²* in marg. emendavit sciecie cuncti ¹⁵ cristi *om. B^c* ¹⁶ legitimas quas-cunque *B^c*, sed lineis superscriptis mutata in quascunque legi-timas ¹⁷ et *om. B^c* ²³ instituit in fine correxit *B^c*, in margine *B¹* add. it scilicet (?) *D* sic *B^c* sed *C*, *A¹* in marg. *om. A* ²⁷ papatum *C*

⁵ cf. cap. XXII pag. 197 ⁹ medulla, *proprie cer-*
vina, cerebrum = nucleus rei, flos, id quod optimum rei est

studebant, quis eorum magis in humilitate et labore sic proficeret.

et sic concedo, quod expedit, multa adiscere iura canonica, sed primo omnium secundum illam partem, in qua expressius docetur lex ewangelica, et sic forent omnes decretiste pure, sed grossi theologi. et de quanto fuerint plures eorum secundum gradus sapiencie, quos deus eis instillaverit, de tanto iocundius procederet sancta mater ecclesia.

10 sic enim ordinavit deus seculares dominos, artifices et operarios capere a suis sacerdotibus spirituales elemosinas et optentu earum gratanter refunderent elemosinas corporales, ut sic sint omnes theologi, cum sapientia sit suprema perfeccio informans animam.

15 et sic, ut dicitur, omnes partes ecclesie quoad illam perfectionem tamquam per se causam viacionis in veste stragulata et fimbreis aureis se iuvarent, et sic potest omne genus hominum cum quacunque occupacione legitima discere, ubi sit sapientia; et per quam viam 20 ad ipsam attingitur, a qua de quanto quis deviat, de tanto in deterioracionem se ipsum precipitat.

So far as the canonical law is founded on Holy Scripture it is useful and should be studied

1 sibi *B^cCD* 3 multa *in exitu corr. A* multos *B^cCD*
 17 stragulata est (*alterum linea delet.*) et *A* 21 *A*
(vel A¹) in fine ultimae capituli lineae addidit wen czyczozemczy. duo verba bohemica, quae latine hunc in modum vertenda sunt: Procul este, peregrini!

17 vestis stragula vel stragulata significat pulvinum aut peristroma (*περιστρωμα*) fimbreæ (*fimbriae*) sunt cirri, quibus vesteS adornabantur